

Cap. 210.

lib. 23.

fol 54  

---

no 69

erat 2








18932721

1893







acumaz  
ei plosa  
Simil  
ac multu  
ditur. fe  
ali dicat.  
is z male  
Eua cuz  
tis viuifi  
p v. q. e me  
ediatric z  
ue. q. si di  
i z Euam  
rebul' di  
pui' nois  
Juni Auc.  
es Auc. io  
est qd car  
ab: iel' ore.  
ue. Ipa em  
Dra aut v/  
uit z dnm  
undissime  
sic erat. sed  
oz viueticu  
multip/  
m' omniu  
a xpo bndi  
nce? Ma/  
eros ex sua  
bndicta v/  
os. Ex car  
ame marie  
mncipiope  
tu bre vgi  
rat Eua re  
do dixit ei  
... Sciedu  
tture. et in  
af. U pnu  
labys qd  
grec' sua v/  
pote virgini  
hebreca vs  
pocria atre  
z vbo Aue  
bi eni ppe  
e sine. z ve  
c. Ue em i/  
caura fuit


ve pprie m'ibz. Et pte ei corporis ois ho per  
pctm incumit triplex ve. s. ipi' corpis disti/  
perationem. z naturaliu appetitu inordina  
tionem. Itc ipi' corpis an morte ad aiam re/  
pugnatoz. fm q caro cupiscit ad usus spm  
ad Sal. v. Itc post morte corpis inherenti  
onem. x qbz d: Sen. iij. Maledicta terra  
in ope tuo. In laboribz comedes ex ea cucy  
diebz vite tue. spinas z tribulos germinabit  
tibi. z comedes herbas tre. In sudore vult'  
tui velcer' pane tuo donec reuertar' i terra z  
q sump'es. qz puluis es z puluerē reuerter'  
hecibi. In maledictōe aut ope z notat inoz/  
dinatio appetitū naturaliu. In spinis et  
tribul' cupiscit' spm. In labore z sudore  
corpis distemperatio p reuersionē i puluerē in  
cineratio. P'imo igit' hoi dictū fuit istō tri  
plex ve s. maledicta terra in ope tuo. i. corp'  
de terra factū. In sudore vult' tui velcer' pa  
ne tuo. Per sudores autē significat corpus  
distemperatū cui' humores resoluunt' i sudore  
Spinas z tribulos germinabit tibi. s. cor  
poris puctōes z punit' cupiscit' spm  
Donec reuertaris in tra z q sump'es. s. per  
inacinationē. Sed ab isto triplici ve libera  
fuit bta vgo q corp' habuit eueratū. z cui'  
spū p oia pacificū z nuq' i cineres resoluēdū  
hec Albert' vbi s. In ea nāq' n fuit aliq' in/  
ordinatio passionū. nec distemperatio huozū  
vel inordinatio ope z qz ordinatissima fuit  
in oibz. z null' etia p'm' mor' ad peccādum  
seu rebellādū spm fuit in ipa. Un dictū su  
it de illa Sen. iij. Ipa pteret caput tuū. La  
put em serpens antiq' sunt p'mi mor' peccati  
quibz ipe insidiat aie. S. vgo Maria illō  
p'uit ex toto eringuit. Itc inherata post  
mortē nō fuit. s. glificat q in corpore regnat cū  
filio. Un Aug' in quoda sermone ait. Pur  
tredo z vermis sunt opprobriū huane z dī  
tionis. q q Marie natura erapit quā de ea  
Ihs assumpsisse p'bat. Dist' ex pre aīme  
triplex ve ois hō incurrit. s. erroris. dolor'. et  
pudoris. Error aut est triplex. s. in eligendo  
in discernēdo z erequēdo. Errare atē aliud  
p alio putare. s. falsum p vero. vel bonum p  
malo. iuxta illō Jsa. liij. Qes nos qsi oues  
errauim'. s. pp' p'ctm. Et Aug. i qdā sermōe  
inqt. Error nō est natura hois institutis sed  
pena dānata a deo pp' p'ctm. In eligēdo autē  
errant qui eligūt malum ad op'andū s'ra

**Triplex error**

**R**  
atissime vgis iustitiam. q'na digni' ea saluta  
uit noie noue excellētie z dignitat'. vt p mu/  
tatioz nois mutatio stat' denotat'. In col/  
latiōe em magnaz dignitatū solet fieri mu/  
tatio noim. vt p3 i papa nouit' creato. Un  
Joh. j. dixit xps petro. Simō iohis tu vo/  
cabris cephas. Quare aut pape nouiter ele  
cto mutat' nomē. ponit Jo. an. i. p. he. ferri. in  
vbo Bonifac'. Angel' g' p'p'iu nomē vgis  
bndicē qd ē Maria mutauit dices grana  
plēa. Et tūc verificatū ē illō Jsa. liij. Uoca  
bit tibi nomē nouū qd os dñi noiauit. Doc  
aut nomē grā plēa circumlocutio ē tū p'p'ij  
nois brē vgis z psonē ipi'. qd nulli aliq' co/  
uenit p'p'ie nec deo nec creatur'. fm q p'p'iu  
tudo gre intelligit' susceptiue tm. De' em nō  
hil hz gre susceptiue. z nulla alia pura crea/  
tura plena est grā susceptiue p'p'ie brām vgi/  
nē. q sola tantūz recepit de grā q nulla pura  
creatura pl' recipere potuit. vñ h' illi ira p'p'iu  
fuit q ei angel' illud p'p'io noie imposuit  
Principes nāqz z mariti porifices nō solēt  
p'p'io noie salutari. Et iō angel' solū exp'ssit  
nōmē ei' p'p'ie dignitat' salutando eā. neqz  
eni (vt qdā dicit) credendū est q sancta tri/  
nitatis dixerit anglo. vade ad Maria: s. vade  
ad illā excellentissimā vginē grā plenam.  
Licet autē eius nomē p'p'iu angel' retulerit  
p'dicta rōne. ecclia tñ apposuit in salutatiōe  
Maria p'p'ie gratia plena. vt p grā plena re/  
colat beatissime vginis dignitatē. p Maria  
aut inclinēt eā ad subleuandā nostrā neces/  
sitatē. Et iō ecclia nō errant. Ad illud au  
tem qd sup dictū est nō retere ad euāgelium  
apponi. r'ndet q intelligit' de appositiōe falsi/  
tatis. Un ap'ls ad Gal. j. ait. Si angel' de  
celo venerit z aliud euāgelizauerit vobis q  
qd euāgelizauimus vobis: anathema sit  
De annūciatiōe aut ipi' b'issime vgis du  
as tñ p'fideratiōes faciem'  
Prima dicit' exēptiōis. ibi. Auc.  
Sed a vgo gratificatiōis. ibi. grā plena  
exemptionis.  
Pars prima huius sermonis quē dō  
exemptionis.  
**S** antiq'issimus est q' cuz aliquis  
in amico suo occurrit vel litteraz aut  
ambasatā ei mittit: in pncipio po  
nit vba salutatiōis. Diferus au  
modus salutatiōis inuenit' i sacris sc'pturis.  
Nam dñs Jhs post resurrectōz app'rens  
ap'lis dixit eis. Pax vob. Luc. xxij. z Joh

David occurrit amice. vt amicu saluta  
eū d. Salue mi frater. ij. Reg. xj. Et in  
q erat hierlymis mittetes frās eis q erat  
egypto amiq' suis z genes' fut: salutauerū  
eos dicētes. Salute z pacē bonā. s. mittit  
vob. vt h' i. Mach. i. Angel' at raph  
el ingressus ad Iobā i iustas cum di  
Baud' h' z r' b' p' str. Iob. iij. Saba.  
qz nō pcepit ap'ls vt i quacuqz domū in  
rent: salutaret eos qui in ea essent dicente  
Pax vobis domui. Mat. r. z Luc. r. Sūn  
aut p'p'itices p salutatiōe dicit. Salutes  
ap'lica bndictōz. vt patet in p'hemio lib.  
cretali. i. z ferri ac dementinaz. Angel' au  
Sab. i. nō sinemagna causa salutauit be  
rissim'. vginē: dicēdo Aue. qd fec' vt oia  
ret et p'p'ie eā salutabat. s. tot' trinitate  
Nā h' e' cui' eā salutabat. s. tres iustas inuētes p  
sonas z dicitio aue hz tres iustas inuētes p  
p'p'ia iuste maiestati. s. p'ris z filij z spūse  
Ipe em p'p'it'us vt ait Gre. i. qdā oī: est  
amo: ei. Seda tra est v. significas psona  
filij qui st verbū patris. z medius non sit  
s. nūm' o iust' p'iem z spūscām. Nam tres  
sunt q' trinitati dant i celo. Pater. vobuz  
z spūsc' actus. z hi tres vnū sunt. i. Joh. v  
Tert'ia est e. z significat p'iem. nā vt di  
Dilan' s in libro de trini. Eternitas em p  
tre. nō iā tñ qn filius z spūsc' actus etian  
sit eternus cū eo. s. qz ei appropriat magis  
Eternū em imponat qd sine pncipio. Filia  
aut z spūsc' actus quis nō habeat pncipiu  
um creatiōis nec factiōis. hnt tñ pncipiu  
emanatiōis. qz emanat filius a pre: z spūsc'  
sanctus ab vtroqz z si ab eremo. Sol' autē  
pater est sine aliquo pncipio. qz a nullo ipē  
emanat. Dicit g' angelus. Aue quasi dicit  
Tota trinitas me mittit ad te. qz i pa tota  
opabit istā incarnatōz i te. Vel possumus  
dicere q p' a que est p'ma iustaz qua greci vo  
cāt alp ha. z hebrei aleph. significat diuini  
tas. Per v. aut q' fm Priscianus i pmo li. z  
vltima iustaz alp haberi fm Latinos: significa  
tur natura humana. q est vltima int natu  
ras intellectuales. Pater aut significat bea  
ta vgo Maria. vel quia fuit hebreca. vt qz  
egregia z excellentissima est inter omnes mlie  
res. Appare' g' angel' v' b' v' g' i dicit Aug'  
quasi diceret. Diuinitas humanitate recipit  
te hebreca z egregia atqz excellentissima v  
... Notandū quoqz q' p' a est illa v'liga







1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
HCH

tionēs secundum q̄ diuiderē melius uisum est canonistis . ē ex  
tempus datum a deo: ut possit esse successio substantiarum  
notarum per loca crementa & decrementa & alterationes in in  
erioribus: in quibus diuisum ē tempus in quattuor ptes: quod  
annus dicitur: quæ dicuntur uer æstas auctumnus: & hiems: &  
uælibet earum in septimanas: & dies diuiduntur: & per partes  
lias subtiles: ut dictum est quoniam tempus unam habet natu  
am in uere aliam in æstate: & aliam in una die: & aliam in alia:  
& similiter in aliis temporibus anni mensis & dierum partibus  
habet diuersas naturas: secundum conditiones superiorum sub  
stantiarum & inferiorum. loca enim propter quæ est tēpus sunt  
ubstantie superiores: & inferiores: in quibus est modus tempo  
is cum motu & successione ipsarum substantiarum: quoniam  
modus temporis superioris causat modum temporis inferioris  
icet ambo modi sint unus modus ad extra se generalis tempo  
is a quo descendunt modi particulares uel species modorum  
particularium in indiuiduis inferioribus: tempus certe est cum  
notu qualitate: & aliis accidentibus: & substantiis sine quibus  
esse non potest: & in quibus sustentatur: & hec oia dicta sunt  
ecessario ut possimus melius dare doctrinam de scientia astro  
um uel astronomiæ: quæ in tempore maxime sustentatur qd̄  
st mensura motus per quem astra plurimum influunt. P.

9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
HCH

Dic mihi quid est locus quoniam multi mirantur in hoc: dicunt  
astronomi q̄ unus planeta in uno loco bonum & in alio malū  
ignificat dicentes ex hoc uanam scientiam cum non aduertē  
es multa in inferioribus hec eadem agere: ut dictum cōtra Mar  
ilium: pone hæc. Astro. Valde difficile est locum inuestiga  
re: & de naturis suis secretisq̄ rimari: ut sciamus cognoscere lo  
ca celi quæ sunt necessaria cognitu ab astronomis: ut per illa lo  
ca inferiora causata a superioribus habeantur. Aristoteles quar  
o phisicorum q̄ locus est ultima superficies corporis ambiētis  
locatum dicit: non diffiniendo quomodo partes locati sint in lo  
co maxime partes uirtuales: & substantiales quæ non continen  
tur imediate ab illa superficie ideo dicamus nos q̄ locus ē illud  
accidens cum quo una substantia aliam substantiam in se con  
inet: & collocat: & una pars aliam partē: sicut ampulla uel uas  
quod cum loco continet uinum: ut ita exemplificem: & bonitas



Defensio Astronomiæ habita  
per Clarissimum philoso  
phum Gabrielem Piro  
uanum Patritium  
Mediolanensem .

Cum Gratia Et Priuilegio,

*Chaucs*



Illustri:& Excelso Principi Io. Iacobo Triuultio Alexander Minutianus Salutē & christianissimi Regis Gratiā inoffensam.

Qui faciunt Illustrissime Princeps : ut eorum nomina: qui aut sanguinis necessitudine sibi deuincti sint: aut illustri aliqua uirtute alios sibi obnoxios reddiderunt: claro litterarū monumento posteritati celebrentur: uel eximium pietatis genus exhibent: & eternū. Id quod tibi doctorum uirorum clarissima ingenia exhibere cogis: dum presentissimo animi uigore ea efficis cotidie: quæ litterariū fabri omni ære perenniora exædificent: Inter quæ ueteris seculis erit maxime spectandū : quod Lodouico Galliarū Regi potentissimo : & uirtutū spectatori exactissimo egregiis tuis & pacis & bellī artibus aduersus prementem inuidiam te ducem egregium & cōsiliarium singularem probas. Qua quidem pietatis opinione commotus eximius uir Michael Pirouanus Gabrieli fratri Litterariū hoc substruxit trophæum : cuius materia & opera & si ipsius fratris erant: quia tamen disiecta & rudia iacebant: ei potius quā Gabrieli structurā hanc acceptam referimus qui in totius operis consultationem Hieronymum Aplanum philosophum acutissimum adhibēs: ipsius auctoris labores & dissipatas uigilias ita digessit: cōposuit: & perfecit: ut Gabrielis anima in ipsius pectus ex Pythagoræ sententiā cōmigrasse crediderim. Neque enim aliter formā ullā acceptura uidebatur. adeo oīa & interrupta pendebant: & crebris ruinis discerpta reconcinatōnē omnem prorsus desperabant. Huius ergo uiri laboribus: & pertinaci studio cum effectum sit: ne Gabrielis lucubrationes deperirent: quis negauerit tam clara hæc monumenta fratris pietati: qui Hieronymū uirū doctissimū: ac ipsius auctoris discipulum gratissimum ad hos labores impulerit: referenda esse? Quæ ut alicuius magni quoque principis p̄sidio cōmuniantur tu in primis pietissimo fratri occurristi: cum quod sua erga te fide oīa a te sperat: tū quod Gabrielis iudicia quæ uerissima sæpe expertus: ipsum philosophiam omnem tam diuinam quā humanā optime calluisse nosti. Et enim Illustrissime Princeps & si in te ipso teres totus atque rotundus ex te semper pependisti: ac propria uirtute ad supremos honorum gradus tibi euadendum esse existimasti: quod sapientem: fortem: & constantem uirū astris dominari



ab ineunte ætate didicisti: Gabriele tñ p̄dicēte uariā & insignē fortunā tuā ex celorū aspectibus: quos excellētissimus hic Astrologus excelso dephēdit aīo: p̄sensisti. Cōsultabat a maximis & potentissimis subinde uiris: qui euentu certissimo ipsius responsa Delphici Apolinis oraculo ueriora cognouerant. Vnde factū est ut eorum liberalitate & nominis & rei q̄ plurimum sit adeptus: Et Ludouici regis christianissimi indulgentia honestissimis comitatus Decii titulis fuerit insignitus. Tuo ergo patrocinio Illustrissime Princeps tam Illustria Gabrielis monumenta defende: ita ut qui astrologorū dogmata ne meracissime nugæ & anilia deliramenta habeantur constantissime defendit: præfidio tuo communitus oppugnantium tela minime reformidet Vale armorum decus & litterarum columen. Mediolani, tertio nonas Iunii, M, D, V, I, I.







GABRIELIS PIROVANI PHILOSOPHI  
EXCELLENTISSIMI DE ASTRONOMIAE  
VERITATE OPVS ABSOLVTISSIMVM

i  
N uestibulo sermonis: in quo dicta sparsim a strono-  
morum obscura: uel præpostera in una quaq; parte  
astronomiæ aggregare: & coordinare proposueram  
quo facilior cognitu doctrina eēt: & obseruabilior:  
magnitudine rerum obstupui: eoque res difficilior  
uisa est: q; in me tenue sit ingenium: & sermo subti-  
lis: & contradicentium tanta auctoritas dicendiq; copia: ut fru-  
stra omne opus scribendi uel colligendi uideretur: nisi contradi-  
centium rōnes de medio tollerent. Quo fit ut trepidus: anceps:  
facinus uel temerariū cepisse uideri possim: & me ipsum (ut ue-  
rum loquar) o fidelis Angele frequēter seuera obiurgatione re-  
prehendi. Verum trepidationem meam hortatio fidelitatis ere-  
xit: coegitq; ueritas aggredi: quod sæpe ex diffidentia sermonis  
deserui. Fauente ergo primā ueritate: quæ uniformis omnium  
bonorum ē manatio: a qua ueritas: & quæcūq; perfectio: & om-  
ne bonum: quibus res distinguntur: manant etiā impartita: agre-  
dior respōdere hūis qui totam uim astrorum sua auctoritate ac  
disputationibus: uel potius imputationibus conantur euertere:  
& (ut ita dixerim) diuinam hāc scientiam: & facile omnium na-  
turalium primam: cum ad istam omnes aliæ primū gradus certi-  
tudinis scientiæ coordinentur: putant se posse elati sermonis au-  
ctoritate scientia & eloquentia perfringere uel suspendere: quos  
sicuti ego iudico: & ueritas ipsa testatur: nō falsitas doctrinæ ad  
hoc impulit: sed eorum partim: ut homines ad falsam religionē  
conuersos: & ad naturalia solū intentos: ad ueri dei cultum euo-  
carent: Christumq; unicum dei filium in plenitudine temporum  
missum postea colerent: & adorarent: christianamq; religionem  
uerā obseruarent: & ampliarent: persuaderentq; hominibus mo-  
do non naturalibus scientiis: nec astrorum cognitione & obser-  
uatione: sicut a principio ante legem cōditam: uel uerbi incarna-  
tionem opus fore: cum satis hominibus sua largitate deus natu-  
ralia illa magnifica entia inspirasset: ut se mundi conditorem co-  
gnoscerent: colerent: & amarent: cultumq; demonum fugerent:

ad h. p. s. s. s. s. s.

p. m. s. s. s. s. s.



uel respuerent: & uti falsum relinquerent: quod cum a pluribus  
uel fere ab omnibus neglectum accēpisset: abominationemq;  
falsorum deorum abū dare uidiſſet: miſit unigenitum filium su-  
um dominum nostrum Iesum Christum: cuius Dei uiuī cogni-  
tione: uisione: palpatione etiam ex condigno medio ad eternam  
beatitudinem posse peruenire deberent & sperarent: nec dubita-  
rent: sed sic etiam omnia mundana deserendo ardentius Deo Ie-  
su Christo toto corde seruirent: aduertentes insuper postea illa  
tempora mala: in quibus demones colebantur: naturalibus sci-  
entiis imbuti (ut Eusebio placuit) cum ex astronomia futura  
uaticinando aliquid in se diuini esse apud indoctos. autumabant:  
qui tamen facile apud doctos huius scientiæ cōuinci paterent:  
non deos esse: sed ea naturaliter (ut in processu dicetur) præui-  
disse: Partim uero contra hanc studia contradicendi sollicitant:  
cum certis ac diffinitis rebus: quas non tantum mente uel ratio-  
ne cernimus: sed ipsa oculorum acie aspiciamus: argumentatio-  
num pugnaci dicentia resistatur: qui tamen quanto uehementi-  
us pugnant: & persuadēdi uias quærunt: tātō fidem astrologiæ  
uehementius fortiusq; cōmunire & corroborare probabimus.  
Neq; enim eius esse uera essentia: nisi cōtra eam tantis argumē-  
torū uiribus contenderetur: cementoq; uelut aureo cōprobare-  
tur. Animaduerte ergo duo hæc contradicentium genera o fide-  
lis Angele. Fidelis. Animaduerti inquit: sed (ut uideo) durā  
admodū puinciam cepisti. Astro. Hac de causa me ipsum  
sæpe repræhēdi. Deus adiutor ueritati est. Audiamus genus pri-  
mum cum id auctoritate: scientia: ac eloquentia præpollcat: cui  
si Deo fauente respōsum fuerit: ipsi immortales agemus gratui-  
to gratias: & secūdo facile responsa patebunt: quibus perfectis  
idonea quæ ad cognitionem astronomiæ iudiciariæ cōueniāt:  
diligentius explanare curabo: si cōcordem cum Christo: & eius  
orthodoxa fide astrorum scientiam prius fecero: fundamentis  
iactis: quod posse non despero. Accede ergo: & quæ primi ge-  
neris auctores adducunt contra astrorum scientiam ostende se-  
riatim: & paucis si pōt. F. Audi ergo attēte: & arrige aures. In-  
quiunt primum (ut ab excellentioribus trahant originem) cau-  
sam regnorum: & maxime Romani Imperii: nec fortuitam: nec  
stellarum positione: quod fatum appellant: cōsistere: nec fuisse.



Nam dicunt fortuita esse: quæ uel nullas causas habent: uel nõ ex aliquo rationabili ordine uenientia : & ea fatalia quæ præter Dei & hominum uoluntatem cuiusdam ordinis necessitate uel uis positionis stellarum contingant. Cum ergo constet prorsus diuina prouidentia regna cõstitui humana: merito nec fortuita nec fatalia esse relinquuntur, præsertim si ex usitata loquendi cõsuetudine homines quando audiunt fatum: nõ nisi uis positionis siderum intelligant: qui quidem ab auribus hominum sunt repellendi. Illi uero qui per fatum intelligunt uis positionis siderum quodammodo decernentium qualisquisque sit & quid boni uel mali accidat sed ex Dei uoluntate pendere confirmant easdemq; stellas putant habere hæc potestatem traditam sibi ab illa summa potestate: ut uolentes ista decernant / magnam celo iniuriam faciunt: in cuius ueluti clarissimo Senatu ac splendidißima curia opinantur scelera faciẽda decerni: quale deinde iudicium de hominum factis Deo relinquatur quibus celestis necessitas adhibetur cum dominus ille sit siderum & hominum / aut si dicunt stellas accepta a summo Deo potestate non arbitrio suo ista decernere sed in talibus illius omnino iussa comple- re ita ne de ipso Deo sentiẽdum est quod indignissimum est de stellarum uoluntate sentire. Astro. Est ne aliud aduiciẽdũ huic p̃rio. F. Imo nec mathematicos ut debent loqui concedunt & a philosophis accipere oportere sermonis regulam ad ea pronuntianda quæ in siderum positione se putant reperire cum dicunt mars homicidam facit & dicere debuerant mars sic potius homicidam significat cum non mediocriter doctorum hominum fuerit sententia stellas significare potius ista q̃ facere.

Astro. Ergo iã habeo quod stellæ aliquid significant. F. Id inq̃ omnes affirmant. Astro. Profecto ergo non parũ pendendæ sunt stellarum uires. Sed earum cognitio scientibus multæ erit utilitatis: uis ne progredi ad ulteriora aut uis sigillatĩ responsa: sed age seriatim respõdeamus quo cognitu facilior sit disputatio. Causam magnitudinis Romani Imperii & cæterorũ omnium liquido demonstratur deum esse: cum prima causa sit omnium æterna infinita in bonitate magnitudine potestate & sapientia amore & p̃fectiõẽ: & sic Deus trinus & unus erit merito colendus: quod p̃bo. F. ha, ha omitte hæc: credita, n. sunt.



**Astro.** Credibilia fient: cum intellectus certis rationibus eis assentiet. attende si placet: & fideliem astronomiam inuenies: nam hæ p̄nomiatae uirtutes in rebus humanis: & naturalibus apud philosophos tam naturales q̄ morales esse comprobantur: earum q̄ opposita quocunq; nomine uel uocabulo contingat appellari: ab intellectu humano comprehenduntur: cognoscitq; si una earum uirtutum cum aliquo conuenit: quod eius oppositum eū eodem disconuenit: & cum opposito conuenit: ut puta: si bonitas conuenit cum .a. malitia scilicet oppositum bonitati disconuenit cum .a. & conuenit cum contrario .a. ut puta non .a. uel .b. quoniam bonitas: & malitia opponuntur & .a. & non .a. uel .b. similiter. ergo quanto uirtus cum esse concordabit: tanto uitium ei oppositum cum non esse stabit: & consequetur maior uirtus cum maiori esse: & maius uitium cum maiori non esse. His suppositis arguitur: bonitas & magnitudo sunt in esse concordantes: & opposita in non esse: & quanto maioris bonitatis: & magnitudinis tanto cum maiori esse concordant: & opposita cum maiori non esse: sed bonitas & magnitudo sunt in esse ut patet ergo & illa sunt in esse que sunt maioris bonitatis: & magnitudinis: illa que sunt maioris bonitatis: & magnitudinis sunt in esse: ergo aliquod bonum infinitum cum esse eterno & infinito conuenit: consequentia tenet: & antecedens est uerum: ergo & consequens: probo consequentiam primam tenere: nam oppositum consequentis repugnat antecedenti: consequentia tenet: antecedens probo: nam ex eo sequitur impossibile: ergo illud est impossibile: consequentia tenet: & antecedens probo nam dicas tu oppositum nullum bonum infinitum cum esse eterno & infinito conuenit: & sequitur quod primum principium ab alio principio habuerit principium: & q̄ sit processus in infinitum in principis: quæ duo sunt impossibilia: & probo consequentiam: quia si nullum est bonum infinitum per te: cum nullum finitum habeat esse a se ipso: quia illud tale esset infinitum: ergo principium illud quod tu ponis primum habuit principium ab alio principio: dicamus ergo q̄ illud principium principians sit .a. & quaero nunquid sit finitum: aut infinitum: si infinitum habeo propositum: si finitum ergo habuit principium: quia finitum cum infinito non conuenit: ergo illud quod tu ponis primum principi



pium ab alio habuit principium: quod est primum probandum: & cum consimiliter possit queri de secundo principio: & de tertio: erit processus in infinitum in principis: quod erat secundum deducendum. relinquatur ergo quod aliquod bonum infinitum cum esse aeterno: & infinito conuenit: quod erat consequens deductum illud autem est deus prima causa aeterna omnium: & ens aeternum licet dicerent aliqui quod illud est celum: sed cum celum sit finitum in magnitudine: cum moueatur: patet quod non sit infinitum: & sic syllogizari posset. Omnis essentia entis principiatum presupponit de necessitate ens aeternum esse: sed ens principiatum est uel essentia entis principiatum est: ergo de necessitate ens aeternum est: tale autem ens est deus causa prima omnium. huius mediis patet intelligenti quod omnes dictae uirtutes in dicto ente sunt aeternae & infinite: quoniam si non essent infinite dicerent diminutionem & imperfectionem in deo: quod est impossibile. F. Profecto: ut mihi uidetur recte syllogizasti. cupere & audire syllogismum quomodo aliae uirtutes sunt infinitae aperte. Astro. Cogita & aduerte forte in fine aperiam: redeamus ad argumentum. Minor o Angele mi fidelis quare ex hoc illorum argumento uolunt astrorum scientiam improbare: cum dicant magnitudinem Romani imperii nec fortuitam nec fatalem: nullus enim nostrorum dixit magnitudinem romani imperii sine causa fuisse: sed omnes effectus dicimus a causa: cum omne habens esse sit aut a se ipso aut a causa efficiente: & sic ab aliquo rationabili ordine puenisse quidquid euenit: neque ita fatale ut praeter Dei uoluntatem uel contra fuisse dicatur: sed a celo & eius influxu instrumento diuinae prouidentiae: cuius nutu omnia reguntur & cohordinantur processisse: quae nullo modo falli uel impediri possunt: si modo quid auctori uel astronomiae imponitur: ut euidenter refellatur: sententiam ille teneat: uel linguam ipse potius corrigat: nos non fatum illa nefandissima loquendi consuetudine acceptamus: sed uim positionemque siderum naturalem causam inferiorum non omnino primariam esse: sed instrumentum diuinae mentis arbitramur: neque ab auribus hominum sunt repellendi: qui ita uita siderum appellat: ut naturalia omnia infra coelum orbis lunae existentia stellis subiciantur: tanquam diuinae mentis instrumento: ut infra egregie probabitur. Posset tamen deus instrumenta sua



indisponere: & naturalia omnia permutari: neque ex hoc uirtutes  
secundarum causarum de medio tollerentur: sicut nec præsciē  
tia dei aufert liberum arbitriū: sic nec libera potestas dei aufert  
opera naturalia: & naturales ordines rerum: si modo quis rabiē  
scientiæ uel auctoribus imponat: & quæ non sua sunt maledi  
cta eis obiiciat: facile sceleratam sciētiam pronuntiabit: quis in  
quæ uolentes stellas aut nolentes dicit: aut quis nostrum ex influ  
xu stellarum dei uoluntatem suspendit: ac si animatae stellæ &  
uicium liberi arbitrii haberēt: quod nos infra improbabimus cō  
tra stoicos: & contra platonicos arguendo: dicimus tamen po  
testatem stellis a creatore insitā: ut naturalia naturaliter dispo  
nant: nec opinamur in celo tanquā in clarissimo senatu & splēdi  
dissima curia scelera faciēda decerni decreto libere earum uo  
luntatis: quæ in stellis nulla est: sed ex complexiōibus: ut ita di  
cam uel aspectibus stellarum nobilissimarum: & earū cōbina  
tionibus rationalibus. & non surdis tali uirtute: & influētia do  
tatarum a conditore æterno: ut in sibi proportionatis rebus na  
turaliter influant per primas qualitates idest per proprias quali  
tates: in quantum illæ exeunt de substantialibus principiis earū  
per secundas uero qualitates idest per apropiatas quæ illis effe  
ctiue appropriantur: ut late infra dicitur: secundum debitū mo  
dum & conditionem recipientis & agentis: tam ex animatis quā  
inanimatis & rationalibus quā irrationalibus. **F.** Quid ais: ra  
tio ne uel intellectus stellis subiicitur. **Astro.** Attēde modū  
in rationalibus dico ut in hominibus: sciendum quod stellæ & in  
fluentiæ mouent elementa: & elementata: & humores & corpo  
ra ad qualitates primas & secundas conuenientes uel discōue  
nientes suis sensibus & operationibus: sensus uero ita moti: &  
recti mouent intellectum intellectus mouet uoluntatē: quibus  
ordinibus fit aliquando & sæpe: uel potius sapissime: ut de or  
dinato sensu in suis operationibus deordinetur intellectus: &  
consequenter deordinetur actus uoluntatis. ita quod tunc homines  
ita deordinati operentur scelera ab influētis supradicto modo  
decreta: & ab astrorum scientia cognita: & per suos carissimos  
hominibus proclamata ad humanam utilitatem: ut præuisa tela  
minus ledant: si libero stante arbitrio uti uelint: nec iniuriam  
celo faciunt: sed honorem maximum sibi & conditori reddunt



si tales aduertunt in fecundissimo etiam cetu naturæ: & seminario: semper tamen celo influente: serpentes & uenena nasci: & pestilentias ordinatas esse & decretas: neque naturæ iniuria facta. Quis ita impudens: dicere ut audeat deum ista ordinatam: & naturam producetam mala & pexima ordinasse: uel produxisse? celestis enim necessitas ita est ordini naturæ alligata: ut deum deo summo relinquat. Quis dubitat deum posse alterationes omnes & motus corporum celestium & permutare: & impedire: & tamen necessaria & immutabilia naturali ordine esse dicuntur: & a dei iussu non arbitrio proprio ista decernere & complere: & tamen deo nihil indignum attribuitur. itaque si quis normam sermonis recte accipiat: dicat mathematicos recte loqui: & quæ in siderum positione reperiunt ut debent pronuntiare: itellæ enim faciunt homines sceleratos & interfectores naturaliter: sicut & serpentes & necantia uenena terrestia & aerea in mediis aliis causis inferioribus producant: a quibus homo præcauere: si ab eis concessum sit precauere potest: ita certe si recte quis interpretaretur: naturalia omnia fiunt: & producantur: ut non nisi a libera uoluntate possint immutari: uel impediri: non enim dicunt mars homicidam facit: quia illi gladium Mars imponat: sicut nec interpretatur uidit deus cuncta quæ fecerat: quod deus faber fuerit: sed ita: mars celestis uirtute dotatus a creatore æterno accendit homines in iram uel concupiscentiam motu naturalium quæ a superioribus gubernantur nutu dei a quo etiam liberum arbitrium regitur: ut possit si uelit reparanda uel uitanda uitare. F. Satis huic responsum iudico. Sed aliud est de quo quid sit nihil unquam dicere potuerunt mathematici: ut asserit contradicens: uidelicet cur in uita geminorum in actionibus & euentis in professionibus artibus honoribus cæterisque rebus ad humanam uitam pertinentibus atque in ipsa morte sit plerumque tanta diuersitas: ut similiores sint quantum ad hec attinet multi extranei: quam ipsi inter se gemini: pro exiguo temporis interuallo in nascendo separationem conceptu autem per unum concubitum uno etiam momento seminati. Astro. Hoc si recte concludes corroborabit astrorum scientiam: ut dixi. profecto contradicens non au



diuít nobiles médicos: Sed plebcos: uel fingit ignorare qđ assu-  
mit in calce pro uero: cum dicant medici nobilissimi quorum  
sententiæ ut inquit contradicens multo ẽ acceptabilior: qđ nõ  
unico momento fit geminorũ conceptus: sed matrix inquit Auic-  
cena primo deglutit unum semen pro formatione unius po-  
stea alterum pro formatione alterius: cum mora & quiete. F.  
Nunquid posset unica impulsioe sperma imitti in matricem  
pro geminis. Astro. Posset inq̃ sed raro. F. Ponamus er-  
go qđ sperma pro geminis sufficiens mittatur in matricem uni-  
co momento uel deglutatur. Astro. Admittamus: sed quid  
probabit argumentum: nisi qđ stante hoc & in aliis paritate isti  
æqualiter formabuntur: & qđ fortius est eiusdem erit sexus am-  
bo æqualiter informabuntur: & deductis impedimentis ad idẽ  
punctum partus deuenient: cupientq; ægredi æqualiter: & tamẽ  
impossibile est: qđ ægrediantur simul: sed unus ante reliquum:  
ut patet uaturaliter loquenti: & experto etiam foeminis: nisi ma-  
trix rumpatur uel scindatur uel miraculose nascatur: coq; casu  
non loquimur in proposito. Age ergo o amice possunt ne ma-  
thematici hoc aliquid quid sit diiudicare. F. Ita certe neq;  
hoc animaduerti ante. Astro. Credis ne posse ad primam  
partem confutata ultima rñdere! F. Credo æquidem & uide-  
o in casu posito contradictioem: nam ut probasti: uita huma-  
na & naturales actiones ex influxu corporum superiorum de-  
pendent: & credo te late infra probaturum & multoties exiguo  
temporis interuallo maxime mutantur in: fluxus cum non pos-  
sint eodem momento nasci: sequitur sic in geminis actioes mu-  
tari: & cõtingit inter eos maior diuersitas per possibile q̃ in duo-  
bus extraneis natis in proportionato influxu. Astro. Recte  
accepisti rei fundamẽtum: sed adde, quid si in casu nascantur il-  
li gemini in simili quodammodo influxu: cum sit exiguum iter-  
uallum. dico qđ proportionabiliter tanta erit inter geminos diuer-  
sitas quanta fuit influxus diuersitas: stante paritate in cæteris:  
& sic multo dissimiliores erunt extranei inter se q̃ illi gemini in-  
ter se: & ridiculum esset aliter opinari: nisi illi extranei & gemini  
in simili influxu nasci contingeret & concipi cæteris paribus: qđ  
esset ualde longinquũ a possibilitate & frequẽtia. F. Quid



si scissa matrice: uel ad eo parui sint gemini ut in eadem secunda  
na egrediantur eodem momento uel extrahantur. Astro.  
Hoc concesso pro possibili cum tamen sit de possibilibus lon-  
giquis uel impossibilibus cum artifex mora egeat: & motus  
tiant in tempore: & loquamur in proposito ad bonum sensum  
de non monstrosis. uel miraculose natis: dico qd in geminis nul-  
la erit diuersitas: stante paritate in ceteris: ut dictum est: secun-  
dum enim conditiones rerum agit eadem armonia caelestis di-  
uersa & similia: ut infra dicitur. continua sermonem corum omni  
Angele de simili dissimiliq; geminorum ualitudine: & fide hac  
tua pugna & cemento aureo astronomiae comprobabimus.

F. Lubens exequor: & sequor: cicero dixit hypocratem no-  
bilissimum scriptum reliquisse: quosdam fratres cum ex simili &  
contemporanea aegritudine laborassent geminos suspicatum:  
quos possidonius astrologus stoycus eadem astrorum consti-  
tutione natos & conceptos solebat asserere: hac in causa medici  
coniecturam acceptat paris aegritudinis: propter similem tem-  
periem ualitudinis: non astronomi. Astro. Profecto nescio  
quomodo sequitur in logica isti simili aegritudine laborant: er-  
go sunt fratres: uel gemini: neq; ergo sunt nati & concepti eode-  
tempore: neq; etiam ergo sunt similis complexiois uel ualitudi-  
nis. F. Non ita arguit sed dicit credidit medicus: assererat  
astrologus: phisicus. Astro. Neuter dico recte syllogizat.

F. Sic est, uide si placet: qtu ualeat sequens ro coniecturatis medi-  
ci: na dicit poterat pariter ita afficere primordia conceptor; conce-  
ptu; ut crant illi corpore affecti dum concuberent ut consecutis  
prioribus incrementis paris ualitudinis nascerent. Astro.

Quo haec ratio ualere pot. sanitas nanq; & aegritudo nato; no-  
est principaliter a parentibus: aliter sequitur qd omnes nati de-  
buissent esse sani: cum nati omnes sumus ex parentibus primis  
sanis: uel cum aliquando diuisio facta sit. saltem postea ex sa-  
nis deberent esse sani: & ex egris egi; cuius frequenter est oppo-  
situm: Nam licet bona & sincera parentum ualitudo sit si-  
gnum: & aliquo modo causa sani fetus: tamen ex aliis causis  
potest aliter euenire. F. Ita & mihi uidetur: nam non est in  
potestate parentum natos procreare sanos: & eiusdem ualitudi-



nīs: aliter sapientissimus adam negligentia ueniret accusandus  
uidimus præterea podagricos generasse sanos, & contra mul-  
totiens: cum ipsi sint causæ secundæ dependentes non enim so-  
lum homo generat hominem: sed sol & homo generant homi-  
nem: ergo non solum secundum dispositionem hominis gene-  
rat homo. Astro. Videor uidere te potius sententiæ possido-  
nii acquiescere quam & hypocrates acceptasset: neq; est creden-  
dum sapientissimum uirum tales ineptias iudicasse, dicat cicerō  
quicquid uelit, testatur ipse sapientissimus hypocrates in libello  
de aere complexionis insequi modum misti uel cōpositi ex ele-  
mentis: & elementa insequi in mistis stellarum mistiones. F.

Sat est quid de eisdem causis mouentibus æqualiter causas  
parium ægritudinum: ut sunt eadē domus aer cibus & potus.

Astro. Certe hypocrates nō posuisset hec pro causis adæqua-  
tis similium ægritudinum: neq; hoc q; aliquis ægrotet: & affli-  
gatur tempore quo alter: arguit fra. ernum uel geminum con-  
ceptum: audi exemplum nobile & recēs. Illustrissima calabriæ  
ducissa hypolitam dico sfortiam: cœpit ægrotare quo tempore  
cœpit filius Don petrus: & eadem hora affligebatur continue  
immo q; plus est: cum mater comedere uolebat filius similiter  
idem uolebat: altera ignorante: & in illa infirmitate semper eadē  
appetebant: usq; ad incisionem unguium in eadem hora: ergo  
erant eiusdem complexionis: & gemini: aut nati eodem tēpore:  
hoc dialectici non est sicut nec cum arguitur poterant parentes  
ita affici: & cæ. i. eadem domo nutriti: & cæ. quæ omnia rhetorici  
sunt nō dialectici: cum in eadem domo nutriti sint pater & filii  
& mater: & eisdem alimentis: & cæ. & nō semper eisdem ægritu-  
dinibus laborant: hec ad causam propriam eiusdē ægritudinis  
uelle trahere potius est obstinatae mētis ad arguendū uel igno-  
rantia q; ueritatis dialecticæ trahere uero ad astrorum parilē in-  
fluentiam uel directionem signorum similem: que & si nati sint  
diuersi tñ possunt eodē tpe euenire: nō insolentia est: sed necessi-  
tatis: & multæ sapientiae ut accidit sæpe in ægritudine hñte cām  
intrinsecā a principio generatiōis: ut sequamur modū arguetis  
in uariolis. n. putrefit aliquādo reliquū nutrimenti menstrualis in  
duobus uel geminis uel non imo multum tempore diuersis: &



perueniet ad idem tempus putrefactio. ita q̄ eadem hora ægro-  
tabunt eadem ægritudine: cum similibus accidentibus: ut patet  
expertis medicis: & tamen nec erunt fratres: nec consobrini: nec  
eiusdem ætatis: & econtra in geminis in uno tardabitur ebullitō  
& in alio uelocitabit. cui hoc tribuet stante eodem regimine ni-  
si celo: Plurimū faciunt aer aqua locus cætera. quæ omnia uari-  
ant secundū stellarū conditiones ut dixit hypocrates loco p̄alle-  
gato. F. Certe hec ex deī uolūtate sūt & p̄uidentiā. Astro-  
quis hoc audet negare: hæc fuga tamē est: & imbecilitatē arguit  
intellectus: in naturalibus iudicare deum ita curam eorum age-  
re: ut sine causis secundis in isto tardaret uariolas: in alio ueloci-  
taret: p̄uidentiā certe diuina non excludit causas secundas: sed  
executrices eas facit: quoniam ad p̄uidentiā duo requirunt  
ordinatio & ordinis executio: in p̄uidentiā uero deī quantū  
ad utrūq; summa perfectio inuenitur oportet. ergo per sumam  
perfectionem ordinationis omnium ordines disponat: etiā mi-  
norum: & sic exequatur illa per sibi proportionatas uirtutes  
secundum ordinem unius cuiusq; earum: aliter in rebus nō eēt  
ordo causarum: qui esse debet magis q̄ effectuum: quoniam no-  
bilior est ordo causarum q̄ effectuum sicut causa nobilior est  
effectu. igitur breuiter exigit perfectio diuinæ p̄uidentiæ q̄ sint  
causæ secundæ: exequentes ipsam: quis ipse deus p̄uidentiā  
sua gubernet & regat uniuersa: cum sit primum mouens non  
motum octauo philicorum. Primum autem mouens non mi-  
nus mouet q̄ secunda mouentiā: sed magis quia sine eo non  
mouent alia: & auctor in libello de causis: quicquid agit secun-  
da causa: agit prima superior nobiliori: & excellentiori modo.  
F. Hoc profecto mihi uidet difficile cognitu: q̄. s. effectus na-  
turales attribuantur deo & naturali agenti q̄ plane sequitur in-  
conueniens: una enim actio a duobus agentibus non uidetur  
progredi posse: uidemus enim q̄ natura non facit per duo instru-  
mēta quod potest facere per unum sufficienter: si ergo deus suf-  
ficienter potest producere: naturale agens erit superfluum aut  
econtra: & si totum effectum deus producit nihil relinquit na-  
turali agenti: ut producat. Astro. Licet sit hoc o fidelis ul-  
tra propositū breuitatis nostræ: tamen duo te considerare oportet  
in quolibet agente: rem ipsam agentem: & uirtutem qua agit



sicut ignis calefacit per calorem: uirtus autem inferioris agentis dependet a uirtute superioris agentis ut infra probabimus in fundamentis in quantum superius agens dat uirtutem inferiori agenti: per quem agit: uel conseruat eam: aut etiam applicat eam ad agendum: sicut artifex applicat instrumentum ad proprium effectum: cui tamen interdum formam non dat per quam agit instrumentum: nec conseruat: sed dat ei solum modum: sicut dicemus infra de modo & instrumentis. oportet igitur quod actio inferioris agentis non solum sit ab eo per uirtutem propriam: sed per uirtutem omnium superiorum agentium: agit. n. in uirtute omnium & sicut agens infimum inuenitur immediatum actiuum ita uirtus primi agentis uel supremi inuenitur mediata ad producendum effectum: nunc uirtus intimi agentis non habet quod producat hunc effectum esse sed ex uirtute superioris proximi: & uirtus illius ex uirtute alterius superioris proximioris: & uirtus supremi uel primi agentis inuenitur esse productiua effectus: quasi causa immediata sicut patet in principiis demonstratiois: quorum primum est immediatum: sicut igitur non est inconueniens quod una actio producat ex aliquo: & eius uirtute: ita non est inconueniens quod producat idem effectus ab inferiori agente: & a deo & ab utroque immediate licet alio & alio modo: ex his patet responsio ad obiecta. licet enim nulla naturaliter producantur nisi in uirtute diuina: oes tamen effectus naturales producantur per quasdam alias causas nec hoc est ex insufficientia diuinae uirtutis sed ex immensitate suae bonitatis & potestatis: per quam suam similitudinem rebus conicere uoluit non solum quantum ad hoc quod essent: sed etiam quantum ad hoc quod aliorum causae essent. his enim duobus modis creaturae omnes communiter diuinam similitudinem consequuntur: ut in tertio contra gentiles ostenditur. per hoc enim decor ordinis in rebus creatis apparet: neque idem effectus causae naturali & uirtuti diuinae attribuitur quasi partim a deo: & partim a naturali agente fiat: sed totus ab utroque dependet: secundum tamen alium & alium modum: sicut idem effectus totus attribuitur instrumento: & totus principali agenti. F. Habeo perfecto hunc ordinem uniuersi ex infinita dei sapientia processisse & ex his quae circa motus corporum celestium ordinibus appent: maxime concludit quod legem normamque suam seruari cogat opifex maximus



solertissimus & prudentissimus neq; ergo tantæ insolentiæ erit ipse arguens. fatebat uelle trahere ad parilē influentiā tam multa diuersissimi generis effectū diuersissimorū & euentū eodē tpe in unius regionis terra eidē cœlo subdita concepta & nata intelligēdo p̄ parilē influentiā generalē quandā cām cœlestē taliū p̄ductiuā cum diuersissimi effectus ex ordine naturæ diuersissimas hēant cās secūdas. Astro. Profecto arguens hic toruo oculo dicta astronomorū inspiciēbat fitam diuersa iudicet astronomos ad parilē influentiā numero p̄cise referre sicut semper ex parili influxu. i. directione parilem ægritudinem iudicamus. hoc. n. esset impossibile de uirtute sermonis licet aliqua particularis causa diuersa quandoq; producat. sol. n. calefaciēdo lutum & glaciē eadem & diuersa operatur. sicut & de igne qui eisdem radiis mollificat plumbum & indurat laterē tum in proposito nō ita stricte parilē influxum causam tam diuersissimorum effectū in terra unius regionis eodē tpe eidemq; cœlo subditorum esse intelligimus; sed largius dicunt astronomi. sub eadem. n. influenza gemini uel non gemini & diuersa nascuntur. Idest sub eadē armonia cœlesti in qua multæ cōcurrunt armoniæ diuersæ similes & cōtrariæ sub diuersis Zenit in una tam terra secūdem suscipientiū materiā diuersitatem & locorum uariā dispositionē diuersa & diuersissima. Ino contraria producantur & similia secundum q̄ exigit profectio uniuersū de napello & eius cepe & mure euidentissime demonstratur & de multis aliis in naturalibus historiis recitatis. tot enim radio rū coniectiones & stellarum combinationes fiunt continue in mūdo superiori similes & diuersæ q̄ diuersitates rerum producantur in mundo elementorum & similitudines ita adeo stellarum dispositio mundum elementorum disponit q̄ nulla substantia corporalis nullum accidens hic subsistit quod in cœlo suo modo non sit figuratum & ex eo quidem & stellarum radiis etiā cœli radiis in mundum immisissis non dubitatur puenire. Dicit Albertus Magnus in speculo astronomiæ q̄ una est hæc præcipua probatio q̄ Deus sit unus solus gloriosus altissimus in cœlo & in terra si uidelicet motus inferior motui superiori obedit si enim essent diuersa principia aut haberet Deus participem contrarium obedientia non esset permanens; & fixa inferior



rum a superioribus nunc autem ex ista scientia conuincitur  
euidenter q̄ dicta obedientia stat̄ atque immutabiliter perseue-  
rat. Quare tanto prouocat ad Deum ardentius diligendum  
quanto per ipsam attentius omnium princeps atq̄ principiu de-  
claratur. non enim diligitur incognitus neq̄ cum sit cognosci-  
tur per prius neq̄ per seipsum cum sit incomprehensibilis. restat  
ergo q̄ per posterius: per suos. s. effectus gloriosos cognosci-  
tur. hi autem sunt homo & ordinatio uniuersi ad ipsum talem.  
ergo dependentiam cognoscere & celo attribuere non est insolentia:  
Sed optimi sensus ut Alchindus in de perfectionibus radio-  
rum libro demonstrat ex sensu perceptis uniuersalium scientiam  
esse necessaria habere. propter cognitionem singularium quae so-  
la continet utilitatem humanam propter motum quem faciunt  
quem uniuersalia nunq̄ facere possunt. unde est inquit ipse sapi-  
ens prenomminatus q̄ qui desiderio sapientiae sunt informati ad  
comprehensionem occultae conditionis rerum plurimum labo-  
rant. ideo uidentes plures antiqui insuper carnalibus oculis reru  
mundanaliu multifariam diuersitatem hoc desiderio moti ea-  
rum origines & conditiones solcite & solerti indagatione sunt  
scrutati & circa eas plurima sensu perceperunt plurima etiam  
ductu rationis inuenerunt quae tamen potius diuino ispiramine  
q̄ humana ratione eis suggesta uidebantur cum ultra humanam  
comprehensionem a sapientibus nostri temporis et reputentur. R.

Scinde Alchindi processum. Astro. Recte cum de hoc in  
processu dicitur concludit mundum elementalem exemplum  
esse mundi sideris unde qui totam celestis armoniae naturam co-  
gnosceret: mundum elementorum plene cognosceret tanq̄ cau-  
satum per causam & unius indiuidui huius mundi conditio &  
natura plene cognita tanq̄ per speculum & causam per effectum  
coelestis Armoniae conditionem totam praesentiret. ergo nescire  
aliam rationem assignare cum uiderimus geminos non solum  
actus & peregrinationes habere diuersas uerum etiam dispa-  
rae aegritudines perpeti quam ex diuersis alimentis & exercitationi-  
bus longe est maioris ignorantiae & insolentiae & postea hanc  
debilem rationem & indignam sapientissimo Hypocrati assignare  
quis ita amens ut diuersa alimenta & exercitia licet possint ali-  
quo modo esse causa diuersarum aegritudinum ponat de eis for



malem rationem & etiã actuum & peregrinationũ cum nõ semper ex diuersis alimentis diuersæ fiant ægritudines: neq; ex paribus pares: imo ex eodem regimine. In diuersis factis possunt fieri & de facto fiunt diuersæ ægritudines. in eadẽ. n. domo nutriti ut arguens dicit paria alimenta sunt & situs & aer & aqua: & tamen unus ægrotat alius non: alter moritur alter uero ad meliorem statum uitæ pducitur: & alter peregrinatur & alius nõ: sed religiosus efficitur. F. Non ne alimenta & exercitatio nõ pro ut quisq; uult assumit & facit. Astro. Profecto nõ de animi uoluntate usus alimentorum & exercitiorum semper ueniunt: Sed aliquando de complexione corporis uel forma insequente materiã, si quis. n. haberet ut non posset aliquo cibo conuenienter nutriri: non esset suæ potestatis ut tali nutriretur ut patet de eis quibus lac est uenenũ & caseus & uinum. exercitium similit non uenit semper de animi uoluntate quantum ad actum quia potest impediri actus. F. aliter ergo q̄ conuenit uerba Hypocratis interpretantur. Astro. Sic certe quantum ad causam adæquatam & principalem. cœlestes .n. causæ uariãt ægritudines nõ regimẽ: imo Hypocrates concederet stare aliquẽ malo uti regie absolute nec ægrotare: & alterum bono & ægrotare ut supradictum est. neq; alii causæ q̄ cœlo possunt hæc rectius & principalius attribui. non. n. uoluntas hæc uariãt: nisi uelit imperitorum mentibus in eis rebus: quas nesciunt illudere: causas assignando plebeas: neq; uoluntas ad peregrinandum cogit nisi quatenus obiecta mouent sensus ut dictum est. uoluntas certe in uiatore inclinatur ad uolendũ id quod efficaciter appetitur ab appetitu sensitiuo: qui sequitur superiorum influxum: illeq; exigui temporis interuallo multum uariatur nedum in horoscopo: sed in multis aliis dignioribus obseruandis: quæ cum parua horoscopi uarietate multum uariantur: ita ut uariant actus & mores nascentium & cætera. conuenit autem ad omnia inuestiganda obseruare generis & loci & nobilitatis conditiones. F. In illis pono per possibile celerem partem: ita q; eadem pars horoscopi remaneat. Astro. Est impossibile: sed admissio p possibile q; continet certam influentiã & cætera oia paria: dico erunt in illis natis paria oia: quæ tu in nullis posse iueniri cõtedis: quæ nos et oia paria in nullorum geminorum ortu posse cõpleri uerissime arbitramur. F. Quæro



ergo parentes diuersos si tarditas horoscopū & cætera diuersa facit. Astro. Hoc quidē neq; dialectici neq; naturalis philo-  
sophi est, non sequitur tarditas horoscopum mutat & cætera. er-  
go parentes habere diuersos: quos gemini habere non potuerūt  
quia mutat sequentia in natis non antecedentia. Imo posset esse  
tanta diuersitas q; indicaret parentes diuersos sicut habere pos-  
sunt gemini. Legat Auic. & Aristotelē de supfætatione: & uisum  
nup̄ i uxore Mathei troti uiri egregiū: habebit quod nō posse ha-  
beri diiudicat: potuit ac siderū assertor inuenire quid dicat huic  
argumēto. F. mirū imodū inuenit qđ reffelli nō potest. Sed  
quid dicitur de rotæ figuli argumēto quo Nigidius astrologus  
uelocissimum motum cœli ostendebat cum bis numero curren-  
te rotā superficiē percussisset celeriter & uisa sunt signa non par-  
uo interuallo distantia. plurimum inquit In cœli spacio interest  
etiā si gemini tanta celeritate nascantur quāta rotā bis ipse p̄cus-  
si. Astro. Fateor qđ Nigidius exēplo moustrauit: neq; hoc  
figmentum ita fragile est ut asserit arguens. maius. n. spaciū de-  
scribit celum: cū mouetur in principio datæ horæ in illo tempo-  
re quo bis percussit rotam spacio inter signum & signum in ro-  
ta signato: quoniam si i uiginti quattuor horis æqualibus moue-  
tur sol ab oriente ad occidentem iterum reuertendo cum suo pro-  
portionato pprio motu ad orientē. tu. ipse cogita differētiā: & si  
exēplū ita fragile uidet̄ ut dicit. F. Video differētiā hāc ma-  
gnā. cœlū. n. multo maius est rotā incōparabiliter maior est di-  
stantia ergo spaciū cœli eleuati supra orizontem ad spaciū rotæ  
motæ in dato tempore. Astro. Absolute comparādo ita  
est: tamē proportionabiliter non sic esset. si. n. in illo modico tem-  
pore de rota quarta pars esset pertransita ante secundam percus-  
sionem non esset eleuata quarta pars cœli in proportionato di-  
cto tpe. F. Habeo & in illo tempore tam rapido nō possent  
gemini nasci. Astro. Ita est si illa morula uariat motū. quid  
ergo uariabit mora egressorū ab utero cū difficultate? F. Re-  
sponde si tam rapido cœlum turbine uersatur ut compræhen-  
di motus eius non possint: quid ē quod p̄nunciant mathemati-  
ci nec in geminis nec in aliis: frustra profecto est eorum sciētia  
quæ ut ego cogito in motibus cōsistit primo. Astro. Astro-  
nomia inquam omnis in motibus consistit: sed motus certos



celorum: & stellarum annotat: & numeros comprehendit usque ad gradus signorum & minorum graduum: & secundorum minorum: & sic diuidendo per .lx. pluribus minutis usi sunt calculistae: sic a priori demonstrat mathematici geometricae: & arithmetice motus astrorum ut patet in almagesti Ptolomei: & Albategni & theoricis aliis: quae loco suo dicentur deo dante: uerbo, n. domini factum est uespere: & mane motus diei: & fecit luminaria & stellas: ut essent in tempora & annos menses: & dies & signa: quae comprehendere possent: & per laudari magnificari & glorificari a scientibus. deridet ulterius iste arguens cum de minimis non solent mathematici consuli quis, n. inquit consulat quoniam deambulet: aut quoniam prandeat: sed si liceret derideret ipse si utique Alexander Macedo consulisset mathematicos quid prandere debuisset: & quoniam: & galeaz dux noster Mediolani quoniam deambulet: profecto uitas eorum perlongare potuissent tamen nequaquam dubium est iustum, melius sapiente astronomo custodiri foelix namque ille qui cor habet perfectum cum deo. F.

Dicitis assentio: deus aliquando tamen haec sua infra contemperat rogatus: sed attende quid dicendum sit exemplo scripturae famoso: dixit doctor sacer Reuerendus nati sunt duo gemini antiqua patrum memoria ut de insignibus loquar: sic alter post alterum: ut posterior plantam prioris teneret: fuitque inter eos tanta in moribus & actibus disparilitas: ut longum sit narrare. Astro. Sat est, ommitte: uidimus in fonte: & hystoricos de hoc exemplo in aliquibus discordes quid tandem sit rursus tam o doctori dubito: nisi ut saepius repetitum est: cum dubia exempla proponat: & atque adeo dissimilia in sacra scriptura leguntur: quae antiqua patrum memoria & insignia esse testantur de esau: & Iacob geminis natis. ita ut Iacob plantam esau teneret: in quibus tantam disparilitatem ponit: ut potius uinum astrorum esse affirmet: quam aliud cuiusuis generis causae naturalis. discurret ipse si sapit per causas: & assignet rationes tantae diuersitatis: si a celo non sint tanquam instrumento diuino. F. A diuina uoluntate factum dicit. Astro, O mirum dicis. nunc nunc dixi haec saepius repetita: haec ergo uoluntas diuina in ipsis geminis peruertit omnem nature ordinem. primo ante tempus discordes in uentre matris fecit & pugnaces ut dicitur genesis uigesimo quinto: & contendebant in utero eius paruuli & cae. Quare Rebeca consuluit dominum, qui respondens ait due gentes sunt in



utero tuo: & duo populi ex uentre tuo diuidentur: populusque popu-  
lum superabit: & maior seruiet alteri. partus prius rufus & hispidus  
erit: proximus alter ægrediens plantam prioris tenebit: & esdræ ter-  
tio capitulo sexto: & dixi quæ erit seperatio tæporum &cæ. & dixit  
ad me ab habraam usque ad Isach: quãdo nati ab eo Iacob & esau  
manus Iacob tenebat ab initio calcaneum esau. finis. n. huius se-  
culi esau & principium sequentis Iacob: hominis manus iter cal-  
chaneum: & manum. aliud noli quærere exdra: ut qui posterior nasci  
debebat plantam prioris teneret: an quasi ostenderet supplantati-  
one futuram uel concessione: postquam primus pugnando nasci non  
potuit uimque naturalis partus rumpere & n. n. naturaliter nasci ma-  
nu præcedente: & illico cum priore nasci dicat: & si ambo simul sine  
interuallo nati sint: quare non ambo primi: & non alter prior: & al-  
ter posterior nuncupati sunt: sed quis unquam subtilis naturalium in-  
dagator partum tale uidit: præfecto non solet deus hec operari: ut na-  
turalia puertat: nisi cogente necessitate figuræ: de qua non se in-  
tromittit astrologus. si. n. duo illi paruuli in utero matris suæ col-  
lidentes duas gētes significabant: & duos populos ægredi uel di-  
uidi populumque populum superare: maioremque minori seruire: dicente  
dño populus populum superabit: & maior seruiet minori. gene-  
xis uigesimo quinto ut supra: si etiam Iacob minor figuratiue be-  
nedictione paterna insigniri & sic imperare debuerat: cum fratris  
& patris supplantatione: cum Iacob idem sit que supplantator: sug-  
gestionem matris quæ primum filium dilectum a marito odio ha-  
bebat: ut fieri solet: qui merito dignus paterna benedictione prio-  
ritate originis erat: quid contra astrologiam: uel uim astrorum  
si causa huius tante seruitutis fraternæ: & tanti odii: & tantæ di-  
uersitatis honorum figuratio fuit diuina astra diuersorum actuum  
causa fuere propter moram nascendi: ut dictum est: ut hæc figu-  
ratio aliqua uia naturali saluaretur: cum uero factum est: ut hic  
a fratre auferret: quod postea nullo modo restituere poterat nunquam  
perfecta dei caritas & proximi istos deceptores tenuit: ut postea ex  
hoc semine christus immaculatus agnus nasceretur. hoc exemplum si  
figura non saluaret: put dixit dñs esdræ. iiii. capi. sexto aliud noli que-  
rere esdræ. finis. n. huius seculi & principium sequentis Iacob hois ma-  
nus iter calchaneum & manum certe magis moueret contra dei cari-  
tatem: quam contra astrologum uim: quæ nã iniquitas hæc & supplantatio



o fidelis. F. Non parua quidem. Astro. Leuis ne: agnū uel pecuniam patris frater furto subripuit cōsentiente matre dolosa & odiosa. F. Non quidem sed patris benedictionē: ut exinde ille dolo imperaret ille seruiret deceptus. Astro. Sic quid illi decepto profuit patris dilectio: quid prioritas originis: quando quidem illi supplātorī auxit uel dedit imperiū amor maternus: & odium filiale: & patris inaduertentia quæ omnia illi doloso stellæ decreuerunt primo denegarūt: iussu dei qui stellarum usus instrumento ita ordinauit: uana ergo obiecta sunt argumenta: non uaniloqua mathematicorū: sed certa & demonstrata uerba eorū in primo certitudinis gradu posita esse cōuincuntur. F. Quid dicis in primo gradu certitudinis. oīa ergo ab astrologis dicta certissima sunt. Astro. Ha: ha sobrie sequētia & supradicta intellige certissima ex ordine causarū naturalium: quæ tñ a libera uolūtate maxime dei possunt imutari. F.

Mitte hęc. iā satis discussa sunt: quid de quinto capitulo dicis: in quo nitit̄ pbare: mathematicos uanā sniam pfiteri. Astro.

Vanā sniam. imo uerā scientiā pfitent̄: nō ne aduertis eadem repetere: reuertit̄ ad hypocratē de geminis medicinaliter cōiecturante: sed satis respōsum est: nō de corpis tēperie sed aliter ut supra dictum est prouenire. non enim tollit rationem eiusdē ægritudinis non eodem tempore nasci sicut nec semper facit eandē ægritudinem: & eodem tempore nasci: uel in parili tempore uel modicum diuerso: ut uere dicit quia simul nasci nō potuerunt: & tñ eodem tēpore ægrotare potuerunt: ut de uariolis dictū est.

F. Mira dicis: quæ nisi ab astrologis doctis: & exptis bene cognosci pnt: ut arbitror. Astro. Ita est certe. in natiuitatibus enim diuersis stat par cā eiusdem ægritudinis & tēporis ad bonū itellectū medicorū specie: scilicet nō numero: ut patet p directōes. potuerūt ēt ex diuersis natiuitatibus diuersas hēre uxores & pegrinatōes: & nō diuersas ægritudines: nec diuersis tpibus quia oīum horū diuersæ sunt causæ & rōnes: ut patet exptis in arte. Item possunt in aliquibus conuenire: & non in oībus. F.

Quo. nō ne dispar nascēdi mora mutat horoschopū: & disparilitatē infert ī cæteris. Astro. Nō ut supra declarauī firmat argumentū si supra habitis quibus rñsum ē postea icludit de cōceptu: & ortu q̄ nō recte hūit ab astronomis: & oñdit se parum de



hac sciētia intellexisse pace sua dixerim, ideo fit rigidus rephēn  
for astronomiæ: cōceptus quid accidit in utero significat: ortus  
uero quid extra uterū astra portēdunt: postea assumit p̄ ueris  
quæ supra falsa p̄bata sunt: de uno momento natis & cōceptis  
ut tollat oīa istius artis: uel potius dicit ipse uanitatē comenta:  
p̄fecto leuia sunt obiecta & uana ut supra repetitum est, audiui  
bis: & quasi hic repeterē uiderē, pulchrū esset: si quis ita sapiēs fo  
ret: ut dū concūberet sciret qualis filius nasci deberet: & exinde  
horam eligeret: ut natos mirabiles gīngeret. Astro. At ego  
sapiētissimū illū iudicārē quādo sciret mirabiliter rerū ordinē  
non tñ ex conceptu totā rem ostēderet: sed quid accidere in ute  
ro matris deberet eidē ut tandē ex natiuitate mirabilis iudicare  
tur. diuersa. n. p̄cīpia diuersos hñt exitus: ut p̄babit̄ infra: cū p̄  
babit̄ oīum rerū diuersa esse p̄ncīpia necessario aduerte iterū  
possidonū recte dicētē arguit. F. Aī aduertī in quā. Astro.

Recte dixit possidonius de illis quibus sic cōtingit: non tñ se  
quit̄ apud logicos ergo quicūq; ægrotant simul & eodē tpe sūt  
gemini. F. Notauī exēplificata: quid est rñdendū de disparis  
sexus geminis natis: ubi certe amboꝝ dicit eē eadē momēta cō  
ceptuū. s̄æpe. n. fit ut sub eadē cōstelatoē fatali alter cōcipiat̄ ma  
sculus alter femina. Astro. Nō ne s̄æpe dixi q̄ unico uerbo  
argumentū tollit̄ cū falsum hoc assumat in geminis eadē esse  
cōceptuū momēta: & maxime diuersi sexus: cū ex sequētibus p̄  
babit̄ diuersarū rerū diuersa esse p̄ncīpia. adducit̄ p̄terea exēplū  
uiuū: sed nō aduertit̄ mortuā rōnem: si gemini cōcepti sunt ma  
sculus & fœmina: non, ne scit̄ aut fingit̄ nescire q̄ masculus ci  
tius aptat̄ & informat̄ aīa intellectiua: q̄ fœmina. hoc medici  
hoc philosophi testant̄ expti: & ad natiuitatē deueniūt in diuer  
so tpe. imo aristoteles ī libro de aīalibus dixit q̄ maior p̄s nato  
rū sunt fœminæ: & feminae in decimo mēse nascunt̄ mares in  
nono. ideo raro uiuūt simul nati p̄p̄ innaturalē motū exeūdi: &  
tēporis incōuenientiā nascendi in altero coꝝ: nec aduertit̄ quod  
euidētissime apparet de superfetatione cum dicit cum cōceperit  
fœmina alterum omnino concipere non potest. quod tamen  
Aui. & aristoteles testant̄ uerū: & nostra ætate uisum ē mediolāi  
plurēs nō miror q̄ ita garriat arguens: cū dicat forte ex diuerso  
horoscopo natoꝝ mutari sexus cū de eo quod oculata fide uide



at uix affirmet naturalibus aliquid inesse uirtutis pfecto & q  
sol & homo generat hominē & tēpora anni diuerſa eſſe & illu  
minatōes oēs & eclypſes negaſſet & aliqua augerī uel minui  
ex luminariſ incrementis uel decrementis: & mirabiles mo  
tus oceanī quæ uix affirmat ſi hæc occulta ſibi fuiſſent ut cete  
ra quæ negauit ſed pace ſua dixerim curioſe minus uel indignā  
ter falſum aſſumendo hūi cōtradīcētes arguūt: cū dicant aſtro  
nomos conari religare animi uoluntates: quas nobiles aſtrono  
mi liberas eſſe ex natura ſua cōfiteſ. F. Ideo merito admo  
nent quæretes dicebāt ipſi ut oſtendat eis nec in corporibus rō  
nem iſtā aſtrogicā poſſe cōſtare. Aſtro. Propterea ipſi ma  
gis nos trahūt ut cōtra eos exclamemus o quī falſis aſſumptis  
uim totius celī conamini euertere memētote q̄ celī enarrant uir  
tute ſua gloriā dei: & quā magna & mirabilia operatur natu  
ra motu corporum cæleſtiū: & quam ſit laudādus in ſecula al  
tiſſimus: quī de largitate & bonitate ſua genus humanum hac  
præclarīſſima ſciētia decorare: perficereq; uoluit: poſtea q̄ ad ſui  
imaginem eum creauit ſimilemque ſibi fecit hac ſciētia futuro  
rum p̄ſcium: ut ſibi magis appropinquaret: appropinquādoq;  
magis eum amaret: & amando poſſideret: & poſſidendo fruce  
tur aſpiciendo in cœlum. Ideo os hominī ſublime dedit celum  
q̄ uidere iuſſit: ut gratias iſinitas deo ageret: de tam mirabili ma  
gnificoq; magiſterio in quo tanq̄ in libri æternitatis ſue cortice  
ſcripſit noua & uetera: quī enim in eo non aſpicient ſi eos ſalua  
ri cōtingat: non ut homines deus ſed ut iumenta ſaluabit. imo  
Albertus magnus euidentī ratione ut ſupra tactum p̄bat ex iſta  
ſciētia maxime deduci ad deum probandū cognoscendū  
& amandū credis ne o fidelis hæc contra fidem eſſe. F.

Hæc catholica ſūt meo iudicio: ſed dic ſi ſapis quonam modo  
fecit deus hominē ad imaginem & ſimilitudinē ſuam: eſt  
ne ratione corporis: aut animæ: aut utriuſq; diuina enim imago  
ſimplex eſt quaſi tota in uno cōſiſtens non ſic hominis imago:  
Vel ſimilitudo. Aſtro. Hoc eſt præter proſitum no  
ſtrum. ſi ergo aliqua noua adducam æquo animo accipe. Deus  
ab æternō & ante creatum hominē præuidit uerbum filium  
dei carnem aſſumpturum humanam: & ſic humanari debere. fe  
cit ergo hoīem ad imaginem uerbi uerbum uero eſt imago dei

*quod ſit uerbum.*

*ſecunda queſtio*



ergo fecit hominē ad imaginē suam Deus: fecitq; hoc ut prin-  
cipium finī iungeret: & ostenderet pfectionē suā: quoniā tunc  
maxime pfectum est unumquodq; quādo pōt alterū sibi simi-  
le: facere. F. Formale est hoc certe: sed dic nūc si placet: supra  
memorasti hanc scientiā maxime ducere nos in cognitionē fī  
dei christianæ. Astro. Memini: attende nūc paucis: latius in-  
fra ostendā. illa scientiā magis ducit nos in cognitionē fidei xpī  
per quā opera xpī diuina esse & miraculosa cōprobant̄ melius  
& pprius quā cum alia scientiā naturalitatis autē est scientiā  
astrologiæ cōpleta: quæ tractat de causis & effectibus rerum: er-  
go & cetera. tenet cōsequentia cū maiori: & minor p̄batur: nam  
ex hac scientiā p̄bant̄ & sciunt̄ opera magna: & miranda quæ  
homines naturaliter faciunt: & quæ in natura fiunt: & illorum  
assignat rōnes melius & uerius q̄ omnis alia scientiā naturalis:  
ut infra p̄babit̄: cum rationes ostendemus omniū eorum quæ  
fiunt a natura cum ergo uideamus incarnationē Christi immacu-  
lati: & natiuitatē eius benedictā: uitam miraculosam: passionem  
resurrectionē: & gloriam & missionem spiritus sancti paracleti  
suis apostolis: quo medio linguis uariis eodem ore & ictu &  
tempore magna deī loqui audirent̄: intelligeretq; unusquisq;  
audiens in lingua sua naturali eos loquētes magna deī & mi-  
rāda prout hodie o fidelis in missa legebat̄: quæ nam uis hæc?  
naturæ ne: quæ certe oēm uim naturate nature excedūt: & artis  
magie naturalis: quæ astrologiā uera est: & nedū oēs scientias  
naturales & artes: uerū & oēs demonū uires quā maxime supe-  
rant. ex dictis. n. generationes aliquando: & corruptiōes fiunt ci-  
uitatum: & regnorū desolationes odia & dilectiōes memoria &  
obliuio: sicut de multis in libris imaginū legit̄ maxie de moyse  
qui anulū obliuiosum fecit: cū Thais filia regis athyopū cru-  
deliter in eū exarsit: nolletq; eū dimittere: tradito anulo dimisit:  
amoris oblita: in sup̄ rerum uiuentiū ortus novos uarios & mi-  
rādos hūis sciētis & artibus sapiētes p̄ducūt p̄ut legit̄ in sacris  
scripturis: & a Iosepho uerissimo istorico habet̄: quæ sapientes  
ægypti p̄cepto regis pharaonis faciebant: ac si non solus Moy-  
ses rex p̄itus existeret. uocauit rex sacerdotes ægypti in hac disci-  
plina sapiētes ponētēsq; illi urigas dracones fci sunt: & ranas p̄-  
duxerunt: & aquas sanguineas fecerunt: quod cum mirabile ui-



deret moyses rerū peritus ait nec ego quidem o rex ægyptiorū  
despicio sapientiam: sed tanto melius hæc a me q̄ quæ horū ma  
gica arte sunt facta: q̄to humanis diuina cōstat esse meliora: er  
go si meliora erant quæ moyses in figura ostendit: quā quæ artī  
bus magicis: uel errore alio ipsi uel scientiis fecerunt ex hac xpī  
institutiōe quæ figurata est multo meliora digniora & maiora  
facta fuisse fieriq; continue: cum ipse xp̄us infallibilis sapientia  
dixerit: & maiora horū facietis: ut merito in oībus dei Iesu xpī  
oībus dici possit dīgītus dei est hic: ut magi illi sapientes phara  
onī dixerent: cum draconem mosaicum infilientem: & uirgas unī  
uersas eorū deuorantē: quæ dracones uidebant inspexissent:  
& tandē puluerem terre ægypti in cinifex moysen conuertisse:  
quæ nequaq; ulla arte uel ingenio & uirtute naturali fieri posse  
concludit maxime astronomia ex qua & magia naturali multa  
magna & miranda fieri posse non dubitant sapiētes ut supra di  
xi scientes miracula quæ opera sunt diuinitatis oīa illa excedē  
& ex p̄dictis scientiis non posse ullo mō compleri. F. Mira  
dicis uix credita. Astro. Sacra scriptura est: sed oīde si quid  
habes amplius quod primū genus obūciat. F. Vereor tedio  
in mediū illa adducere: quia quæ pollicitus es pbare: oīa tollēt  
ut p̄cipio: si omnium rerum diuersæ sunt differentiæ: & diuersa  
principia: & omnium rerum contrariarū certa est concordātia  
naturalis: p̄fecto & ellectiones: & interrogationes nō tolluntur  
de quibus ipsi primū generis auctores obūciūt postremo: cum  
omnia quæ sub libero arbitrio nō continent a superioribus ue  
niant. Astro. Percepisti o fidelis quæ dicta sunt in p̄batiōe  
primæ causæ: ut uideo pbabo tibi omnia hæc inferiora a supe  
rioribus puenire: & regi: & quæ pollicitus sum nō erro sed sub  
sistere ueritate ostendā: sed missa hæc faciamus: & quæ sunt se  
cūdi generis argumēta cōtra astrologiam ostēde. F. Video  
astrologiā multū alta rimari: & de quibus aīa gaudet inquirere  
neq; aliqua naturalis sciētia: si uera sunt pollicita: ita debet colī  
& uenerari: excepta priā philosophia: quæ est de substātiis sepa  
ratis & primo ente: sicut astrologia: quæ corpa a cāis notis no  
bis inalterabilia: & creaturas ipossibiles cōsiderat: ut aristoteles  
duodecim metaphisice tradidit: & cognoscit quid operant & q̄  
motus inferior motui superiori obedit: ut supra per Alchindum



& de quo sunt etiam tractat: ut infra apparebit per pollicita tua cum formam celi implere totam materiae suae potentiam ex hac scientia monstratur: ita quod materia celi non sit amplius in potentia ad aliam formam: neque remanet potentia in alia materia ad hanc formam usque ad finem seculi: in quo fiet celum novum & terra nova. Astro. Certe magna est scientia: per eam enim intellectus noster creatorem cognoscit quantum potest naturaliter: ut dixit Albertus magnus ratione iam supra posita. sed omite hec loco suo: & argue. F. Ex his ita altis arguunt ipsi non posse a nobis sciri totam scientiam astrorum & motum quia sunt aliqui motus celi: & stellae influentes de quibus non habet cognitio: & multa sunt loca caeli quae non cognoscuntur: necdum quid & quantum influant: ergo ad plenum haec scientia non cognoscitur.

Astro. Ad hoc argumentum formaliter respondendo: si sic arguis scientia astrorum tota non potest sciri ergo non debet esse scientia: nec connumerari inter scientias nego consequentiam: & ratio est: quia nulla scientia potest haberi tota ab homine viatore: nisi per gratiam: & sic haec est impossibilis: homo viator habet totam scientiam astronomiae: ita quod sciat quantum actu precise astra omnia influant: & similiter de qualibet alia scientia: non enim possunt sciri omnes conclusiones alicuius scientiae speculativae vel practicae: & tamen aristoteles sexto metaphisicae connumerat scientias reales: & speculativas inter quas etiam numerat astrologiam. Aliter respondendo nego antecedens imo dico quod potest sciri tota quantum ex natura sui habet ut sciatur: idco duodecimo metaphisicae dicitur: quod omnia quae eveniunt possunt sciri. quoniam non est aliquis motus: in caelo qui non possit a nobis comprehendere. quicquid dicat albategni: quod sit aliquis motus in caelo qui nondum est cognitus: quia omnis motus qui est in caelo est propter motum alicuius stellae vel stellarum sensibilium: omnes autem stellae propter quas est motus alicuius celi possunt comprehendere: cum motus deferentis sit propter motum delati: sic volens concludere quod motus celi est causa omnium horum inferiorum effectuum. cognita causa ergo cognoscitur effectus. relinquatur ergo quod possit sciri: & eo magis amplectenda est: cum altiora & difficiliora petat: & non refutanda. ducit enim in cognitionem dei: ut dictum est: & infra amplius dicitur: certe est theologia al



tior: & minus indagabilis: nisi deo spirante qui oibus æqualiter  
ut conuenit spirat de qua gratia spiritus affluentis hūere primi  
sciētiarum inuētores: & p̄cipue astronomiæ. Seth filius adam  
& filiū eius: qui scripserunt eā in lapidibus post. cc. xxx. annos a  
creatione Adæ certe ab ipso patre edocti sapiētissimo ante dilu  
uiū: & post Noe lafet ionitus enoch habrahā: ut tradūt istoriæ  
ne tā nobile secretum in natura incognitū remaneret: homini  
bus illud sapiētia increata patefecit. F. Si ergo motus cœli  
causa sunt oīum quæ eueniunt: intellectiōnes sunt motus: qui  
eueniūt: ergo sunt causa ēt intellectiōnū. Astro. Tactum ē  
supra: ostendā & nunc qualiter intellectus possibilis siue aīa no  
stra moueat a corporibus celestibus: quoniam sine fantasmate  
non pōt intelligere aīa: ut habet ex tertio de aīa. fantasmata  
autē surgunt ex sensibus: quæ sine corpe esse non possunt: idco  
aīa hoīs non pōt intelligere substantias separatas omnino  
a materia quia illarū nulla sunt fantasmata: sensus autē mouen  
tur a corporibus celestibus: ergo ex cōsequenti aīa mouet a  
corporibus celestibus. F. habeo: responde: postq̄ sacris lris  
credis: suppono creationem reꝝ: ut moyses scribit: & arguo sic:  
cuicunq; competit aliqua operatō secundum naturam: illi sunt  
attributa a natura omnia illa: sine quibus illa operatio cōpleri  
non potest: sed terre data est operatio & uirtus hēbā uirentem  
germinandi producēdi fructus & alia omnia ante creationem  
solis & lune & stellarū: ergo terre data sunt oīa illa sine quibus  
a natura illa complere non poterat: ergo sol luna & stelle quæ  
post terram creata sunt: non erant cause corꝝ que p̄duxit ante.

Astro. Hoc argumētū ē efficax: & appens: sed dico breuiter  
hic: quia cum de tempore dicet: latius hanc materiā de creatione  
sumus dicturi: uerū est quod p̄bat argumētū: non. n. poterāt esse  
cause ante earū creationem: sed non sequit̄. ergo nunc non sunt  
cause: quoniam lux creata ante terram cum firmamento quod  
celum dictum est: & cum motu qui sunt causa generationis &  
p̄ductionis: & tunc fuerunt similiter causa p̄ductionis & gene  
rationis terræ: quia dixit. terra erat inanis & uacua uirtutibus  
p̄ductiuis & generatiuis: & informis: sed ex motu & lumine &  
celi uirtutibus formata p̄duxit uerbo dei: de qua quidē luce  
facta sunt luminaria & stelle cum uirtute lucis p̄cexistētis no



biliori & ampliori: quia plurimum productiuam lucem maiorum  
 & nobiliorum conueniebat esse amplioris multo uirtutis: cum ad  
 hominem cuncta creata sint: & ordinata: ut probat doctor uene-  
 randus in tertio contra gentiles: si tamen omnia simul creata fuerunt:  
 iuxta illud ecclesiastici decimo octauo: qui uiuit in aeternum crea-  
 uit omnia simul minor esset falsa. F. Sat est effugere non potes  
 o astronometorum aliquos contra deum errare: si haec negabunt  
 quae dicturus sum: attende. Deus est causa signorum & planetarum sim-  
 pliciter: & absolute omnium entium: siue illa creata sint simul siue  
 per dies: quoniam totus est suus effectus: & sua creatura: & totum per  
 deum est conseruatum: & conseruatum: ergo deus propter dominium  
 quod habet supra suum effectum potest facere de suo effectum quod si-  
 bi placet. Astro. Immo facit quod sibi placet. F. Ergo  
 facit id propter quod ipsum celum & planetas & stellas creauit, sed  
 celum & totum firmamentum & motus eius creauit: & ordinauit  
 ad hominem: cum finis motionis celi ordinatur ad hominem sicut in  
 ultimum finem generabiliu & mobiliu. hinc est quod dicitur deus cor-  
 pora caelestia fecit in misterium cunctis gentibus: ergo mouebit con-  
 stellationes ad finem hominis: quare oportebit quod aliquando deus mu-  
 tet operationes constellationum secundum finem propter quem sunt: in  
 hoc quod requiritur ad bonum finem hominis: si ergo debet eue-  
 nire ex constellationibus gladius uel pestis alicui regioni uel ho-  
 mini uel caristia uel siccitas: poterit deus per orationes preces & san-  
 ctitatem alicuius uel aliquorum hominum illis non obstantibus  
 constellationibus dare pluuiam sanitatem pacem & habundantiam  
 & sic scientia astronomiae non erit necessaria absolute. Astro.  
 hoc argumentum o fidelis concludit contra astrologiam & contra quae-  
 libet aliam scientiam creatam probando quod non sit aliqua scientia crea-  
 ta absolute necessaria: quae scilicet non possit a potentia dei infini-  
 ta permutari & uariari. imo in nihil redigi: & ita ego concludo ut  
 supra auctoritate Abrae auenare iudei: nequaquam dubium est iustum  
 melius custodiri sapiente astronomo: felix namque ille qui cor ha-  
 bet perfectum cum deo: si etiam sapiens astrologus potest multa  
 mala prohibere quae secundum astra fierent: & praeparare ut possint  
 pati a fortiori multo deus summus sapiens: & superiora & infe-  
 riora disponere coaptare & permutare & liberare secundum exigen-  
 tiam & liberam uoluntatem ipsius conditoris aeterni poterit absque

Deus potest mutare constellationes  
 quando ipse placet.



ordinis naturæ destructione: imo forte de facto facit: certe astro-  
logo & medico præuidente ex influxu: & aliis signis tertianam  
febrem gratia exempli alicui cum inflammatione coleræ certí gra-  
dus euenire debere in dicto tempore: illoq; eodem tempore in  
quo influentia incipiet calefacere: utente diæta infrigidante: ita  
q; tantum diæta infrigidet: quantum influentia calefacit cæteris  
paribus: tunc infine non apparente tertiana ægretudine in illo:  
non propter hoc tollet influentia calefaciens: imo si non fuisset  
influentia calefaciens: utens tali diæta infrigidate: lapsus p̄fuisset  
ad frigidū: excellentiori ergo modo posset deus custodire a ma-  
lis suos iustos: uel quos uellet: absq; hoc q; influentias tolleret:  
sed eorū effectuum apparentiam remouendo: illos conseruādo  
aliquo medio incognito nobis: ita, n. distant uia meæ a uis ue-  
stris: & cogitationes meæ a cogitationibus uestris: ait dñs: sicut  
distant cæli a terra: aliter etiam posset responderi: q; sicut deus  
præuidit ab æterno cuncta futura: ita præordinauit in principio  
cuncta instra sua: celum & stellas ad ordinem suæ præuisionis  
conuenientia: & stante hoc quodlibet positum huic repugnās:  
non est admittendum: & procedente obligatorie: respondendū  
est ad secundum positum concedendo. sequentia exposito: &  
negando repugnantia secundum regulas obligatorias logica-  
les: semper seruando dei omnipotentiam & libertatem suæ æter-  
næ uoluntatis in tempore obligationis: & extra: Est ne aliud  
quod obstat? F. Isto modo ad argumenta. prædestina-  
tionis uideo posse faciliter responderi: sed aliud est q; obstat: pro-  
fecto tuus Raymūdus iulii quem colis: cuius esse hoc opus di-  
cis arguit aliis mediis astrologos errare in multis: sed attēde: di-  
cis tu celum mouere animā contra: homo ex anima & corpore  
componit: & corpora superiora in natura non participant cum  
anima hominis quæ est incorporalis: & corporale non potest  
agere in incorporali: igit & cetera. Astro. Ad hec dico quod  
anima in quantum iuncta copori insequitur passiones corporis  
quæ mouent a celo: & ideo indirecte tanquam corpori iniuncta  
influit celum in animam directe non ut concludit iulii argumē-  
tum. est enim anima rationalis apta nata ex uirtute & natura p̄-  
pria non subesse stellis per se. F. Ex supra habitis intelligo  
ex libera uoluntate animam posse contraria celo actus tamen



eius aliquando impedit. Astro. Iam hec trita sunt: F. Quid de interrogationibus: cum uideantur negare liberum arbitrium & electiones uidentur facere contra uim natiuitatis. Astro. miror: imo iam dictum est qd uiator inclinatur ad prosequendum quod efficaciter appetitur ab appetitu sensitivo: ideo querit illo tempore quo mouetur per suam influentiam ad quaerendum: & tamen absolute posset non quaerere neq; illud tale principium in interrogationis uel electionis facit natiuitatem non habere uim: imo diuersa principia sunt in actibus humanis necessario ex celi diuersitate uel differentia: ut probat infra per principia sua manifeste. ille enim mercator qui proposuerat emere bladum uel ceram: cum principio sui recessus a deo potest nunc in accessu ad merchantum uel ad aliam terram cum principio sui ingressus merchanti uel terre mutare intentionem: & emere ferrum: uel argentum & propter hoc non tollit liberum arbitrium: sed diuersa celi principia diuersimode mouent sensus ex quorum diuersitate mouetur intellectus ad diuersa uel uoluntas quae non transferretur in incognitum. deductis hiis omnibus stat qd duret ille mercator in prima intentione & qd diuersa principia habeant continuam intentionem in merchando. F. Habeo ex dictis uoluntas enim est libera actus potest impediri: & ita credo te responsurum ad obiectum de peccato per Raymundum. libera enim uoluntas non cogitur ab astris: sed est uirtus gratis data a deo animae: quando creando eam infundit: & lucem diuisit a tenebris. Astro. Nostine aliqua dicenda: cum haec dicis? F. Noui: & cupio esse in calce obiectorum. hic noster Raymundus uellet omnia necessariis rationibus concludi. ideo dicit astronomos errasse: quia non dederunt rationes eorum quae per experientiam habuerunt in astronomia: & procedunt sicut medici: qui habent per experientiam qd reubarbarum purgat coleram: & non dant rationem. Item quia non dederunt noticiam qualitatuum signorum: & planetarum per proprias qualitates: & appropriatas cum ratione: sed nude de uictoria unius cum altero cum sibi obuiant in signis recitarunt: quod ualde esset utile intelligere: & necessarium. ideo fortius errauerunt obmittendo etiam ostendere: qd celum & planete proprias habent partes & primas: de quibus sunt: quae principia sunt artis. Astro. O fidelis: astronomi antiqui quorum libris utimur in iudicando



ut plurimum supponunt scientiam probatam ab antiquissimis & ideo introductorios libros docentes quia est practica recitarunt cum sufficiebat eis ueram experientiam habere dictorum sicut uere medicis etiam sufficit: quorum utilitas in effectu consistit tamen aliqui: ut habraham haueneri princeps ordinatum librum fecit rationum: & plures rationes dictorum suorum posuerunt ut Albumaxar in introductorio magno: & Raymundus noster probat. F. Siste pedem o astronome, Platonici: & quorum pars maxima est Plotinus qui praeteris inquit Augustinus diuus: platonem excellentius intellexisse laudat dicunt iudiciis astrologorum non esse credendum eaque plotinum saepe litteris confutasse in libro de fato & in libro de prouidentia: & eo loco in quo quaerit utrum stelle agant diligentius effecisse uidetur: & idem maxime deprehendisse asserit Porphyrius: cum diligentem operam astrologiae dedisset. Astro. O mi fidelis angele: dura in me ipso uideo prouinciam respondendi: cum astronomos contra astronomiam in medium adducere coneris: sed in ueritate confusus: credo posse respondere platonici: & astronomiam suis telis: & platoniciis loriciis defendere confido: adduc ergo dicta eorum breuiter: si potest fieri. uerbo enim sunt stude & supradicta non repetere. F. Conabor paucis efficere quae ipsi longo sermone multis mediis deducunt contra dicta astrologorum asserentium omnia fieri a uiribus stellarum: & motibus significari: cum ad corpus tum ad animam pertinentia siue bona siue mala sint: subdit tamen comentator plotini nouus platonicus: haec tu tamen memeto non a praecipuis auctoribus astrologiae tradit: sed a plebeis. licet enim plotinus concedat gratia disputandi aliqua fieri uel potius significari: non tamen omnia: & illa quae significauerunt uix posse decerni contendit. Astro. Ha ha contra ignaros plebeos auctores non est insistendum: sed contra praecipuos te ipsum ergo offendis: non scientiam. imo contra hanc artem & scientiam tella acuta calibea mittenda censeo: si offendere cupis: aliter nihil ad rem quoniam clypeos habet haec scientia terfos fulgentes non porosos sed solidissimos: in quibus tela debilia non fingunt: sed resiliunt in mittentes. F. Quae narrat aperiam: & dum narrat plotinus & comentator deridet astrologos in duobus. primo quod aiunt stellas per mutatione locorum & aspectuum mu



tare naturas qualis certe mutatio in terrenis ex mutatioe locorum  
& aspectuum non solet accidere: & secundo natura stellarum non  
est malefica ex se cum optima sit: non ergo potest efficere mala:  
neque hominibus nocere innocentibus: cum beneficio diuinae p  
uidentiae munere fungantur stellae: & cum sint animatae: & intelli  
gentia praeditae: deoque obsequantur ad nutum: ut Ptolomeus fate  
tur: non deberent eas malas appellare astronomi: & postea dice  
re bona saepe largiri: & suis praesse: omitto quae curiose exemplifi  
cant breuitati indulgens: & quae ultra derident quam quos bonos  
appellant nocere aliquando fateantur astronomi: & ex aspectibus  
inter se mutare naturas asserant maxime de mercurio qui dicitur  
mutabilis mirantur platonici quasi cameleontis instar nihil habe  
ant proprie constantisque naturae. omitto similiter quae de mistione  
stellarum radiorum damnant dicentes non fieri mistiones in radiis  
stellarum: sicut in liquoribus: quia & cometator ipse plotino ui  
detur in commento derogare: cum ex hoc difficultatem solum in  
iudiciali scientia fore concludat. Astro. Scio te alia in medium  
adducturum quae & ego in fonte eorum uidi miror de hoc plotino  
qui ita astronomos derideat in hiis. & in sequentibus propterea  
quia contendunt ipsi omnia a celo fieri: idque credunt suis ratio  
nibus demonstrare: nedum ad corpus sed ad animam pertinentia:  
& quid turpius quam omnes plebei astronomi dicant: cuius etiam  
simile nullus unquam hereticorum dixit: in mente diuina quiescenti  
bus dicunt platonici dominatur saturnus: audi rogo aequo ani  
mo quomodo probant omnia a celo fieri: in quo reprehendunt  
Ptolomeum Albinaxarem & alios tanquam plebeos: sed si hii sunt  
plebei: quis inquam est praecipuus auctor. F. Nullus. Astro.  
Imo hic qui in duobus deridet astronomos: qui adhuc proprio  
exemplo reliquit uim stellis inesse maximam plotinum dico plato  
nicum: cum ipsum non potuerunt uirtutes aliae: uel continentiae:  
neque suus demon: pro cuius arbitrio regebatur a famosa & ho  
renda aegritudine liberare: in quam incontinentes incurrunt. sensit  
enim uim celi & stellarum in senectute: in qua tum ex naturali di  
minuto calore: tum ab aere salubri electo in campania: uim fati  
sentire non credidit: nec pestilens & superabundans sanguis so  
let generari: & tamen cum continentia tum modestia uitae tum  
uirtutibus dato tempore in eo ingens sanguinis pestis erupit ex



qua misere: & crudeliter decessit: quæ in iuvene inordinatissimo non stante simili influxu cæli non solet euenire: cur non potuerunt eum uirtutes a tam famosa & crudeli morte liberare: quæ istius superhabundantiæ causa fuit: nisi ut proprio exemplo retraheret quæ contra ueritatem: contra uim stellarum scripserat: & non omne credendum demonibus ostenderet: posteaquæ in multis locis ipse probauerat omnia a celo fieri. F. Credebat ne hic integerrimæ uitæ uir a demone regi. Astro. Immo alios omnes a propriis demonibus regi dicebat: deceptusque a magico ægyptio credidit se habere deum pro demone: sed audi quomodo. F. Missa hæc facito: & ostende quo modo ex dictis suis ostendatur omnia a celo fieri: ut sic omnia eorum argumenta tollantur deridentesque derideantur. Astro. Recte sentis: audi ergo plotinum cum de dialeticha agit loquentem: & trinario gaudet: inquit superiora uniuersa principia producere quæ sequuntur & dum producunt largiri cunctis esse: & producta reducere: & in esse conseruare: & reducta perficere: & in melius esse reformare. huius effectibus trinitatem quandam in nouenarium distributam ostendit scilicet productoriã conseruatoriam: & perfectoriã in productoria ipsum bonum primum esse asserit: secundum in intellectum boni filium: tertium animam uitamque mundi esse: quasi diuinæ intelligentiæ spiritum: a quo omnia producuntur. F. O. astronome ad bonum sensum prima duo intelligendo: cum theologia uera transfirent: quoniam ipsum bonum primum deus scilicet in productoria primum locum tenet: secundum intellectus boni filius: idest deus filius: tertium non uideo posse saluare: quoniam sic anima mundi esset spiritus sanctus: Astro. Attende o fidelis: forte ille plato diuinus ista intellexit: licet uerba non sic sonent in trinitate conuersoria: ad rem aures porrige: ponit mercurium gradum tenere primum reuocantem animos hominum ad sublimia per rationem: qui reuocat potestatem habet reuocandi & agendi: secundum uenerem per uisum animos hominum alicientem: tertium phebun idem per auditum efficientem: subdit singuli uero huius planetæ tres cum intellectu suo in nostram rationem agunt cum animali uirtute in imaginationem cum corpore suo in corpus nostrum ad idem allicientem: cuncti denique tres ad saturnum planetam primo ducunt intelligentiæ ducem: deinde ad satur



num superiorem planetam intelligentiæ patrem intellectuq; primum demum ad ipsum bonum patremq; saturni. F. Profecto hoc nihil aliud concludit q̄ cohordinationem diuersarum causarum totius mundi inferiora omnia a superioribus duci et ponendo planetas ducere nos ad deum patrem licet ipsæ dicat ad saturnum patrem intelligentiæ deinde ad ipsum bonum patrem saturni. Astro. Vnum dicunt quod non potest glosari multo absurdius: quod uere non audent pronūciare astrologi demones planetarum subministrare hiis asserunt quo cuiusdam probent planetas: & corpora celestia in animas nostras agere quod pro inconuenienti postea adducunt contra astrologiam hoc suo dicto Platonico oblitū: quo patet responsio ad argumenta aut ex rationibus oppositis hoc totum trinarium destruitur: cum amplius subiungant tria humana ingenia concurrere facile philosophicum musicū & amatorium musicumque cum amatorio: & utrosq; cum philosophico sepe cōspirare: nec immerito: proximi. n. sūt & situ & motu horū aspiratores: scilicet sol: mercurius: atq; uenus. Proximi rursus auditus & uisus & imaginatio seruientes rationi. F. Totus ergo homo sic a superioribus surgit: & mouet: & trahit. Astro. Ita inquit Plotinus adhibenda ergo sunt homini mathematica: quibus in corporea cogitare & credere consuescat: & a celo omnia deriuare & cōpleri cognoscat quoniam ut dicit in argumēto libri de pulchritudine: infimo graduū formalis effluxus generationis ultimæ dñæ luna fauere uideat: rationibus autem seminariis in natura uigentibus fouētibusq; materiam dominatur Venus eisdem uero in imaginatiōe inferiori ad motum properantibus Mars: eisdem rursus in superiori imaginatiōe regnantibus Sol: sed in ratione uigentibus dominatur Mercurius: & in mente dominantibus iupiter: in mēte deniq; diuina quiescentibus dominat saturnus in quo quidē septimo gradu tanquam saturni die mūdī opifex cōquieuit. Vide o fidelis angele quam sapienter & profunde pbat numerus planetarū septē: p septem has p̄prietates rerū in septē diebus mosayca sapientia descriptis: dicens septimam diem Saturni in quo opifex summus conuieuit ipsam ideam sibi penitus intimā significare: ad quam alia quæ inde fiunt refert: uelut in exemplar quod omnium formarū ratio est: quam obrem in ipso



rerum ordine plurimum pulchritudinis est: & dependentiæ inferiorum a superioribus aliter difformitatem caularent res independentes sine norma in uniuerso: quæ omnia si aliter uel sicut uerba sonant: interpretentur: absurdissimum quid poneretur in celo uel planetis indignissimum: & nefandissimum platonis attribueretur significare. s. non solum: sed dominari nostris sensibus & intellectibus: sed etiam quiescentibus in mente diuina. F.

Tractant ulterius: & contendunt non omnia fieri a celestibus in secundo capite libri utrum stellæ agant: quæ uereor adducere stupore uel pudore. Astro. Ut uideo te stupor oppressit contradictionis: quia dicunt si animatae non facere mala: si inanimatae quæ ad animam pertinent non facere: & nunc utrumque facere testantur: cum etiam dicant aliquas animas a corporibus exutas esse penes solem alias penes alium planetam: uel in firmamento quatenus actiones suas hic ratione uel aliter direxerunt: cum igitur anima illa in speram erraticam: uel non erraticam secundum uires: & mores differentes distributa sit nimirum: & in nobis uires inesse uiribus & moribus illis conformes: & a singulis stellarum uiribus actiones nostras: quæ aliquando malæ sunt: & sepe emanare: tum uero animas quæ hinc illuc abierunt: ad stellam accedere conuenientem potissimum moribus atque potestati quibus in operando ac uiuendo maxime usi sumus. sequitur ergo aperte dictorum contradictio. F. Certe ubi supra celestia corpora animata diuina anima esse prædicant: ut etiam aristoteles ipse. xii. metaphisice: & hoc ipsum auctores astronomiæ affirmare aiunt: scilicet Ptolomeum zachaelem Albumaxarem Aly: quod & aratus: & Manilius arbitrantur: quod si qui negent solas corporum qualitates afferre ultra uero nequaquam fateri cogentur. transco quod longo tramite nituntur deducere: nec omnes qualitates corporum afferre: cum a forma intelligentiæ artificiosæ aliquid in artificiato: fiat ita etiam formæ naturalium rerum sequuntur notiones animorum caelestium: & non solum caelestium corporum qualitates. Astro. Vide ne hoc illorum argumento uim stellis inesse maximam firmes: quandoquidem nos dicimus stellas non per corpus solum: sed potius agere per formam suam mirabiliter: quæ dicta sunt.

F. Attende: & responde seriatim ad hec: non cecidit astrologis stellas



fixas speciales rerum differentias tradere: nec planetas cottidianas consuetudines afferre: si nullam animam habeant: ea uero omnia tribuere posse concedunt: si animam habeant: atque mentem praesertim quia in multis herbarum lapidumque preciosorum speciebus uires quaedam insunt singulares: quibus mirabiliter agunt in spiritum: & per eum in animam dotes miras uideantur afferre: quae nequeunt a corporibus dumtaxat celestibus: sed ab eorum animis accepisse concludit. ergo ipsa stellarum corpora multo minus eas differentias: quae ad artes & fortunas necessario pertinent posse nobis inferre. sicut enim ex nulla natura corporis hominis fit: ut potius sis theologus: quam orator: sic & caelestis corporis nulla natura fit: ut certo tempore praetor inscius designeris: & tale patrem habeas: uel fratrem: sed horum causas alibi inuestigare compellimur.

Astro. Neque dic alibi: quod a celo hec fieri statim ab ipsis comperies. F. Audiditque: stellae omnes a rebus infernis longae sunt & inter se ualde diuersae: & quicquid inde hucusque diffunditur accidens esse uidetur: sed ad generandum substantiam apud nos opus est substantiali causa proxima: & ad uiam omnino uiuentem: ergo corpora caelestia non influunt in nobis: sed ad concilianda in unum agentia inter se diuersa duce comitemur. Astro.

O fidelis nimirum si platonici existimant uitam unam ubique regnare praecipue omnia facientem: sed ad id caelestibus & terrenis instrumentis utentem dicunt. audisti hec uita una omnia faciens cum celo conueniat a quo proxime omnia regi fatentur: ut quaedam contraria nunc dictis somniant: cum de celo loquuntur: quod aliquando uniuersum aliquando mundum appellant: cum illud spiritum: uel flatum etiam & uerbum animae mundanae esse discernerunt concludendum esse inquit platonici animalem quendam spiritum semper ab anima mundi quasi interioris uitae propaginem pululare: ignemque hunc esse: & quasi animale lumen ipsum in dimensiones iam porrectum spiritum actu lucidum potentia calidum generationis omnium ubique fomitem: celum inquam dicunt: non circumfusum solum: sed etiam cunctis infusum: celumque celorum flatum diuinitatis animae sub forma quadam proxima animae caelesti: idest ignea ita se glofant hoc est translucida: lucida calida protinus euolantem mox in aerem aliquanto dissimiliorem animae tumescere sub



inde in aquam terramque compactam, hiis autem tribus subdunt platonici celestem spiritum passim inesse effectorem omnium: atque seruatorem proximum quidem flammæ: & uelamē animæ: & omnium alimentum. ubicumque igitur alia sunt: ibidem celestem subesse spiritum: & non econtra: sic itaque non hec o fidelis celo proxime reguntur oia. ipsa itaque celi substantia non solum uirtute celestique sua ubique substantiam necessario postulat: sic etiam sub terra quedam quasi celestia generantur sic suo calore solo uiuunt oia celestia: & quæ manifestus calor destituisse uidetur: ea etiam occulto quodam calore celesti uiuunt: sic ubi extremum apparet frigus: ignis accenditur: & in frigidorum collisione mutua preceatur: celo uidelicet preceante similiter in quolibet animali anima continue profert spiritum: membris quidem cunctis infusum: sed alicubi etiam solum alicubi uero humoribus alibi membris insuper inuolutum: sed animæ particulares spiritum hunc: qui uapor sanguinis est quo regunt corpus ex sanguine calefacto producant spiritum uero celestem rationales animæ quo quasi proxime se inuoluunt ab ipsa celi substantia ubique presente suscipiunt. F. Hæc succincte plato afferebat. Astro. Hoc plotinus in libro de cælo confitetur: & aristotelem putauisse hoc idem testantur non nulli: ex quo patet: ubicumque celum esse: ut & totum: & singula perfecte continuataque serie & mira facilitate regantur a celo: & animæ rationales ubicumque celeste corpus accipiunt: aut possident: ut in loco celestibus naturali habeant atque possideant. huic forsan ægyptiacum illud a platoniciis usurpatum est naturalium genitorum spiritum esse rebus infusum omnibus. F. Certe spiritum hunc a celo esse huius etiam contendunt: cum celum imaginem esse animæ & singula eorum alternatim referant cogitantes cælum in forma sua motuque procul idest abstractum ab extensa materia quod quidem totum implet mundum ipsam procul dubio mundi animam cogitabant: quæ unico actu idest animaduersione sui præcipuum complet officium hoc uero celum corpus simplex ut dicunt perpetua in se ipsum conuersione oia pagit. Astro. Quæris ne ab ipsis platoniciis contra astronomiam arguentibus aliud probore nostro quam quod oia a celo fieri & pagi prebet suo modo quod nos consequens limitatum catholicæ concedimus non absolutum ut ipsi preferunt manifestas malamque sapiens hæresim cum unico actu solus



deus oia cōpleat nō celū: neq; aīa mūdi. dicimus nos celū in istis inferioribus agere p formam suā: quam ipsi animam mundi appellant diuinā menti q̄ p̄ximā ut inde sibi p̄portionata oia uī uīficet: & corpus suū inde uītā continue hauriat nō sempiternā ut ipsi dicūt sed finitā: qm̄ celum & terra transibunt & p̄ibūt: ut lira sancti spiritus testat̄ dauid: certe sicut p̄ tēpore species rerū oēs conseruat: ita totū hoc opus exēplaris totius superioris in star dissolubile cont̄ motu eius ad id continue cōferrēte ubi sū mus est ordo: quod multis mediis platonici demonstrāt: cogita & suis cōtradictōnibus palleant uel rubro colore ora tegant.

F. Sic ego iudico: cōtradictio eorū est apta. Astro. Cogita ulterius ut euidenter oia reflexant̄. putant platonici solē uisū p̄ rā solis (sp̄ uerbis eorū utor) suā animā eē uisum: & sic i aliis speris: ita q; stellas: & planetas dicūt oculos hēre: non tm̄ uisuales: sed uisibiles quibus oia uideant̄: atq; inde oia regant̄. quare ergo de aspectibus dicta astronomorū rēphendunt: cū ipsi deridēdi sint hac stulticia qm̄ derident astrologos de mutatiōe naturarū planetarū p̄ mutatiōe locorū & aspectuū & maxime de angul̄ & .xii. domibus nō erubescētes cōtraria adducere illius summi theologi Raymundi auctoritate gaudētes: sic cū noui platonici & recte appellāt: ciuitatē celestē: cum inquit .xii. hēre fundamenta Raymundus speras intelligit duodecim. s. octo superiores: & quattuor elementa: sed cū duodecim portas ciuitatis aperit. xii. domicilia signorum cū triplicitatibus ostēdit ita interpretatur platonici noui: ut omnia a celo fieri ex dictis illius sapiētissimi mi concludant. cum uero dicit subiungunt ipsi ciuitatē totā eē ex auro puro: prouide fulgorem hunc celestem per omnia uult esse diffusum totū ergo in se ipso lucere necessariū esse arguūt si celum est ubiq; si lux est propria celo si lux est qualitas p̄stantissima reliquarum origo formarum sequitur. attende o fidelis: argumento primī capitū respondēt: si in stellis diuersis aliter & aliter fulgeat propriis quibusdam gradibus raritatis densitatē & distantia: addunt & prāter lumina: & lucē uirtutes quoq; celestibus diuersas: ut colores ibi uariū: & actiones inde proueniāt diuersae nō quales ab elemētis solū sed p̄prietate quadā occultiori: quali ferme trahit̄ ferrē a magnete. F. Sic uident̄ cōcludere ex diuersitate in stellis diuersa fieri. Astro. Immo q̄ apud



nos: sic diuersimode agūt: agere dicūt uirtute celestī. F. Etiā  
hic plotinus prater alios celū uiuere fateť aperte respōdēs om  
nia fieri a celo: & sibi ipsi contradicēs. Astro. Id ipsum uiue  
re dicit: quia motus eius naturalis maxime sibi inest nunq̄ se ip  
sum delerens: actiōe ppetua naturaliter cuncta uiuificās: quod  
ordo in motibus rebusq; oibus inde genitīs mirabilis iudicat:  
& constantia semp in rebus tam diuersis efficiendis. F. Er  
go ut uideor uiderē: & si formaliter non sequat̄ fiunt oīa a celo:  
& ad obiecta p cos patet solutio: cum pter hęc ostendāt q; mo  
tus celi sit circularis: cū sic stare debeat: ut neq; subiectam mutet  
neq; naturalē relinquat locū. merito ergo reuoluit̄ circa idem &  
reuolutionē animæ repræsentat: quæ exordiens a bono simul  
atq; intellectu ad idē rursus per intellectū uoluntatēq; reuolui  
tur: & hac si ratōe discurrat: & easdē formas unde discurrere cœ  
pit per easdē deniq; redit: Genitalis quoq; natura imaginatioq;  
naturæ comes sic ex potentia in actum in se rerū motionūq; ge  
nerandarū semina promit circulariter: ut & ordinatissima perpe  
tuaq; successio fiat: & tandem ad eadem uel similia certis tēpo  
rum curriculis redeat̄. Astro. Stupoř afficior o fidelis hac il  
lorū sententia: qua concludunt oīa a celo fieri dicētes reuolutio  
nem rerum ēt nostri spiritus uel animæ reuolutionē celi facile  
sequi: cū & facile in anima uel spiritu motio & formatio sequat̄  
efficacem instinctū naturæ celi p̄potentis: ut oīa ad idem reuer  
tant̄: quod ualde est erroneū: neq; usq; modo renatus est plato  
uel plotinus. F. Vereor ne ideo astrologis non esse credēdū  
sentiant propterea quia difficultatē in se habeant iudicia astroꝝ:  
non q; a celo oīa fieri negent. Astro. Immo nunc oīa a celo  
fieri disputāt & insup p te adductis conant̄ pbare nō oīa fieri.  
sed significari a celo. attende quæso arguendī exp̄ssam calūniā  
& in dictis suis contradictionē: quibus statim iudicabis illis nō  
esse credendū. F. Sequere audiamus dicta corū uibrata p te  
subtiliter. Astro. Probāt ulterius & elegāter motū celi circu  
larē esse necessario qm̄ intelligentiā imitet̄: & ptibus celi quodā  
mō trāscūtibus totū iterea cōquiescit: sed quid āplius motus est  
p̄cipale ppositū animæ celi: & p̄cipuus corpīs eius instinctus  
motus certe in aīa eius est quidā transitus de alio semp in aliud.  
cum autē pars eius inferior non sit a deo potens: ut sicut superior



cuncta simul in se promat in actum uelit autē in actum sua oīa  
promere successione perpetua facit uel intēdit quod semel cōsequi  
nequit: cū uero determinatæ sint species rerū: & idiuidua specie  
rum oēs postremo cōsumet: sed cūctas adhuc similiter appetēs  
uicissim replicat oēs: idq; q̄ celerime pagit: ut ipsa sumendī cele  
ritate uideat quasi nondū amississe. F. Quæ nā hec est pars  
superior cuncta hac celeritate reficiens eadē: ac si nō sufficiat cōti  
nuare uel promere diuersa infinita: si perpetua successiōe reficit. quid  
enim maioris uirtutis est perpetuo eadē reficere: an perpetuo diuer  
sa promere certe deus uel potentia quadā infinita ita posset ppe  
tuo diuersa pducere sicut perpetuo eadē circulariter promere.  
Astro. Sic est utrunq; n. potentia infinita exigeret: quæ neque  
in parte superiori celi est neq; in inferiori: sed accipe recte in ppo  
sito quod cōcludant astrorū scientiā corroborātes. s. eadem rōne  
atq; similitudine celū configuratiōes oēs perpetua successione ui  
cissitudineq; cōmutare: & semel quo ad fieri pōt cuncta cōpleri:  
tum animæ tum celi nixu p̄cipuum uotū non trāsire: & si p̄ trā  
seant q̄ primū transacta resumere actūq; cūctorū continuare:  
& uiuēdi sentiēdi & cogitandi oēs actus simul hēre: & formas  
sicut: & simul oēs affectat: & tandē p̄ longū p̄cessum deducūt  
ipsi motum hunc celi circularē ab anima celi fieri & ab ipso  
celi motu itimo animam moueri: huicq; celum in se ipso moue  
ri concludunt: quod & Raymundus noster asserit: ut suo loco  
uidebitur celum totum moueri sine successiōe in se & loco: quē  
admodum singuli quidem motus: certis temporibus aguntur  
primus aut uniuersusq; motus idem ferme est: atq; tēpus quia  
dicunt platonici: & Raymundus cum eis: neq; quicq; recte mo  
tionis habet celum: neq; totum ipsum aliunde mutat locum: in  
quit: ut mutatio hec facillima sit atq; perpetua. F. Quid in  
q̄ perpetua an quia continua. Astro. Celum suo modo sem  
piterne conuoluitur: & quelibet spera minor p̄ totum undiq; cō  
uexum toto superioris cōcauo assidue fruitur: idq; semper agit  
amore sic & ampliores orbis per omnes sui plagas quaslibet in  
feriorum plagas aspiciunt: atq; fouent sic tādē dictum alchīn  
dī explanant: & dictis astrologorum in parte assentiūt q̄ uaria  
tis. s. supno motu figuris: apud nos uariātur: & formæ: multipli  
cant q; singula: & p̄ similes reuolutionū reditus sibus apud



nos redeuntibus: cuncte rerum species conseruatur: quid dicis  
 o fidelis uerbis platoniorum utor soluunt ne hec p te obiecta?  
 quid nam est aliud astronomia q̄ cognitio reuolutionum celo  
 rum & stellarum motuūq; eorum & uariarū figurarum & habi  
 tudinū inter se ex quibus omnis motus naturalis inferior depē  
 det? F. Ergo motus hominum a celo dependent. Astro.  
 Ita arguunt isti dicentes ea enim ratione mouent homines qu a  
 ratione a toto dependent, cum ergo uolūtates hominum a toto  
 idest a deo dependeant & cæ. si ergo ratio dependentiæ hominū  
 a toto cognosceretur: & motus omnes hominum cognosceren  
 tur. F. Sic ergo hac sua stoica connexionē causarū motus  
 uoluntatis liberæ tolleretur uel coartaretur. Astro. Nos lo  
 quētes aperte sed limitate dicimus cœlum cum sua forma quā  
 ipsi animam celi appellant in hec inferiora agere sicut dei instru  
 mentum nutu suo in suis pportionatis debite: ut saepe repetitū  
 est salua sp̄ libertate animæ humanæ supra celos creatæ: quam  
 ipsi sic dicentes catenant: ligantq; & uituperāt arcēdo: in cæteris  
 oibus astrologi dicunt necnon & oīs schola schotistarū: & tho  
 mistarū a celo p̄duci oīa: & corpora celestia cū sua forma oīa in  
 feriora cære nutu dei: & quod animæ est indirecte mouere. hæc  
 nobiles astronomiæ auctores tradunt: sed nō qualia platonici  
 diulgāt: nisi secūdū sensum supra repetita dicta eorū exponant.  
 dicūt (sine me repeteri: ut ex dictis eorū pateat rñsio) luna dñā est  
 generatōis ultimæ: uenus dominat rōnibus seminariis: mars i  
 maginatiōi inferiori: sol superiorī mercurius uigentibus in rōne:  
 quid altius in mēte dñantibus iuppiter: quid turpius & absurdū  
 us ēt q̄ q; oēs plebei astronomi dicāt: cuius simile nunq̄ aliquis  
 hereticorū dixit: in mēte diuina quiescētibus audēt dicere domi  
 nat saturnus. ē ne hoc aliud dicere si recte itelligis quā stellas si  
 gnificare & facere oīa: tā ad corpus q̄ ad aīam p̄tinētia? quod di  
 cū: plebeos astronomos diuulgāt. F. Mirū admodū ē: q; ita  
 cito oblitī sint horū: cū statim post hec audeant dicere: & rep̄hen  
 dere astrologos de uirtutibus & actiōibus stellarū & motibus  
 celorū: cōtēdereq; multa a celestibus nō posse fieri: neq; genera  
 ri naturalia a stellis eadē pluries repetēdo stellas. s. uiuēt ideoq;  
 natura eorū nō est malefica similisq; nec aliquis gradus zodiaci  
 malus: nō posseq; naturas mutare loco uel aspectu cōsequētē



idq; quinq; de causis probant longa serie uerborum in tertio ca-  
pite libri an stellæ agant ostendantq; se uidiſſe artis iudicatiuæ  
præcepta de angulis: & domiciliis & planetarum proprietatibus  
ex sola recitatione: & risu cōfutando quæ scribunt astronomiæ  
auctores: cum non uideant eorum rationes: sed figmēta iudicāt  
ommitto breuitatis causa: nā tu respōdendo reserabis. Astro.

Vidi in fonte eorū fabulas: nec erubescūt hiis cōtradictōibus  
apertissimis: ille cum pueriliter rideat deridebitur: si locorum p-  
prietates fingit tunc ignorare: & celi & stellarum cōfiguratiōes  
quas nunc nunc causas rerum omnium profundo stillo mani-  
festauit esse: neque naturalia satis cognouit: cum dicat ex muta-  
tione locorum terrena non mutari: forte non sua aptus natura  
erat talia rimari suus demon: quo auctore platonice perscrutan-  
tur: nos cū aristotele de naturalibus sentimus naturalia ex mu-  
tatione locorum ualde mutari legat experta naturalium istoria-  
rum stellas tamen in se mutari ex locorum mutatiōe astrologi  
non dicunt: sed extra se in effectibus: nec ut dictū est sæpe astro-  
logi malas in se stellas faciunt: sed appropriatæ cum tamē argu-  
mentum suū non tollit: quā sint malæ: sequendo uim argumē-  
ti: quia licet stellæ fungantur diuinæ prouidentia beneficio mu-  
nere: & sint bonæ nō optimæ: solus enī deus optimus: possunt  
tamen hominibus innocētibus suo modo nocere licet uere nul-  
lus sit innocens propter lapsum primī parentis: & enim uenena  
& serpentes bona sunt & funguntur beneficio diuinæ prouidē-  
tia munere & tam hominibus sæpe nocent propter lapsum pri-  
mī parentis. quod stante originali innocentia secus foret ppter  
ea non debet defensari: quando quidē detestatur quod ignorat  
rationem certe ignorauit qua ab astrologis dicantur aliqua stel-  
læ malæ & aliqua bonæ pro suis conditōibus sicut & male si  
logizauit stellæ omnes deo ad nutū obsequunt ergo sunt ani-  
matæ cum reliqua omnia ut stellæ obediant ad nutum deo: &  
tamen aliqua bona inanimata dicimus & aliqua mala nocētia  
hominibus. imo & homines malos & dies appellare licet imo  
inquit apostolus dies malī sunt & boni: sic & hoīes & uenena  
sepe bona largiuntur ægregia: ut naturales istorici experimento  
comprobant non ergo recte concludunt contra astrologiam: se-  
cundo deridet quia leuis longo sermone narrans unde quæ de



condictionibus stellarum & proprietatibus planetarum ab astrologis accepit mira esse dicendo cum potius si causam & rationem non uidebat dictorum scientiam experimento conprobatam a sapientibus mirari debuisset: non debili ratione deridere cum a sapientissimis & antiquissimis sit experta: ut patebit infra quod & plato suus testatur in epimenide. uetusta inquit eos regio aluit: qui hec primi inuenerunt quare innumerabilibus annis exanimata uere nobis tradita sunt quod sat esse debuerat cum heroys sui dictum sit ad ueram praxim sufficiens, qui. n. reliquit experimentum propter rationem fortem nedum debilem: in se ipso arguit debilitatem intellectus: ut primo metaphysice & octauo physicorum asseruit aristoteles: & quasi chameleontis instar ipse flectitur non illi qui longo temporum interuallo istas diuersitates planetis appropriarunt ad extra se. s. effectiue non in propria natura eorum cum multas mutabiles & diuersas res uiderent & maxime in hominibus: cum tamen dicat hic rigidus reprehensor quod nulla sit res mobilis: & incerta apud nos cum in multis appareat oppositum imo in se ipso qui statim uno dicto oppositum nititur inferre. F. Certe asserunt in primis quaecumque natura generantur atque mouentur a seminariis uirtutibus uniuerse nature fieri: atque duci: & propriis illi uniuersali naturae minime dissonantibus: & supra a celo fieri omnia & uenerem uirtuti seminariae dominari: & eodem duodecimo capite celestem influxum materiam disponere declarant. isti ergo: ut mihi uidetur sibi ipsi contradicunt: si. n. materia a celo disponitur: & aliquando materia preualet naturae seminariae: adeo ut effectus dicit ipse non preueniat absolutus: ergo & celum preualet uirtuti seminariae: ergo principalius influunt celum: quam natura seminaria. imo equus absque equo posset generari & aliquando de facto generatus est produxit. n. terra animalia antequam essent animalia uerbo domini mediante motu celi. hiis non obstantibus dicunt species & singularia in speciebus generari precipue a uirtutibus seminalibus stellarumque naturas & influxus tanquam minus uniuersales: & habitudines earum tanquam nobilissimas & communes singula hec non facere: sed forte significare fatentur. Astro. Sat esse deberet: cum animaduertis contradictiones eorum: sed o mirandam hominis docti stulticiam asserentis singulos homines singulos



habere rectores demones secundum sue natiuitatis figuram celestem: & nunc omnia generari & moueri præcipue a ratione seminaria. Dic quæso quæ nam est hæc uirtus uel ratio seminaria uniuersæ naturæ: uel propria minime dissonans uniuersæ quæ omnia generat & mouet præcipue: certe aliquid est celi superioris uel inferioris: sed cum celum & anima eius penetret uniuersa: & sit in omnibus & ubique: ita quod omnia continuata serie ac mira facilitate regantur a celo: ut inquit platonici: teste plotino: erit ergo hæc uirtus seminaria a celo: uel sane erit ratio seminaria uniuersalior: quàm celum. quid ergo disputat: & ab opere tanquam nimis uniuersales excludit influxus stellarum cum uirtutem seminariam sic potius excludere habuisset ab opere tanquam uniuersalior rem excludit insuper habitudines corporum celestium tanquam nobilissimas singula hec facere: sed interdum significare: non aduertens implicationem uerborum uel eorum impossibilitatem cum cause uniuersales sint priores: & potiores & cause primæ nobiliori modo influant quàm secunde. Ad hec si habitudines corporum superiorum nihil faciunt: quomodo fatetur per quotidianum cursum celestium inferiorumque causarum res qualitate mutari: non specie imo etiam multe res specie mutantur. in transmutationibus enim terminus a quo non est eiusdem speciei semper cum termino ad quem: ut patet. embrio difert specie ab homine: & tamen ex embrione fit homo: quid plura de ista uniuersalitate & mobilitate habitudinum superiorum corporum iter se: sunt ne habitudines superiorum inter se ita confuse ut surdæ: & irrationales sint & infinitæ: ut nullo actu comprehendi possint: quod certe nimis absurdum esset etiam modice considerati apud platonicos. si enim inter aliqua debet esse ordo & comunicatio excellenter debet esse in diuinis ut inquit plato in timeo: & ibidem calcidius per musicam mundanam ordinem & comunicacionem rerum inuit motus certe celi recte habetur: & non sunt in operando ociosi: & iudicia ex comunibus & uniuersalibus sunt certiora in omnibus scientiis: cum de illis sit scientia & comunia derogent particularibus in iudicando. F. Credebam ex regulis aliqua excipienda: & illa esse particularia. exemplifica in hac re si placet. Astro. Habraham sapientissimus inquit quod omnis sapiens qui se imittit scientiæ iudiciorum signorum: & sapientia



caret: omnino superiorí idest: uniuersaliori contingit interdum eius falsificari iudicia eo quod sibi non precauet ab hiis quæ ipsum precauere oportet. simpliciter namque dicendum est iudicia uniuersalia disturbare particularia octo modis de quibus unum notificabo nunc: quoniam legem nostram o fidelis hic iudeus comprobat quia si natus fuerit iudeus: & uiderit astrologus in adequatione stellarum natiuitatis eius quod ipse debet esse rex: non est rectum sic iudicare. complexio. n. magna saturni & iouis denotauit gentem iudeorum captiuam & sine regno ita quod uis hec particularis non debet: nec potest uniuersale illud disturbare: cum ergo ablatum sit sceptrum de iuda: uenit ergo qui mitendus erat. F. Recte potest syllogizari contra iudeos: ex hoc illorum dicto non auferretur sceptrum de iuda: donec ueniat qui mitendus est. sed ablatum est sceptrum per te ergo &cæ. Astro. Vide ergo fidelis astrorum scientiam & utilem sed iste neque uniuersalia nec particularia istius scientie habuit credens communia hec ita semper distinguere per particularia: idest propria sicut dicit mobilia regi & duci per firma: ac celum moueri per aliud firmius celum: quia sic esset processus in infinitum quicquid. n. mouetur ab alio mouetur: ideo datur primum mouens stabile & firmum prima causa: non celum: quo fit ut res casu non contingant: quare ergo uirtus hec uel ratio seminaria in primo parte eadem non remansit quando quidem adam rubeus ex sua ratione propria seminaria non omnes sequentes rubeos generauit ut reliqua omittamus: cur ergo & in ethyopia nigros in germania albos ex primo semine? cur & in figuris dissimiles natos generauit nisi ut recte Plotinus tunc memor ueritatis differuit uariatis. s. superno motu figuris apud nos uariatur & formæ. F. Postremo de comissione radiorum stellarum arguit astronomos. Astro. Ita certe finges eos ita commiscere radios stellarum: sicut & liquores: ut habeant quid puerile reprehendere: quæ deliramenta potius contra ueritatem sunt uel indignatio quedam contra scientie huius professores quæ quod aliquid sui dignum ostendant: uel interpretentur: cum non potuerint dicta illorum capere: neque motus celestes cognouisse satis ostendit in multis supradictis dubiis: deinde nesciuit quid eligere deberet. ex premissis concludebat omnia a celo fieri ex istis dicta astrologorum in isagogicis ratio



ne non comprehendebat: neque dictis eorum credere uolebat: cū tamen eporteat addiscentem credere maxime expertis ī arte: cogebatur tamen aliquibus credere: quæ oculo conspiciēbat: ideo aliquid scientiæ inesse ueritatis credidit in libro de uita: qui insuper tantum rationi seminariæ alligatus est ut astronomos detestetur non aduertens contradictiones suas. F. Habeo. certe superius dixit rationi seminariæ dominari uenerem: celesti ēt materiā aliter: & aliter disponere. quoniam ergo ex dispositiōe superiorum disponitur materiā aliter & aliter pro formis: & uirtus uel ratio seminariis similiter a uenere regitur: & disponitur. ergo ex radiorum superiorum confluxu ouæ formæ efficiunt inchoantur: & perficiuntur: cuius oppositum dicit. Astro. Certe hīs contradictionibus confusus inquit Quomodo cūq; res se habeant: de futuris difficile ad modum iudicabit quid noui præcise ex comitione stellarum conflatur: quod astronomi fatentur: & plato in timeo dixit. harum uero stellarum correas & cæ. quid uero illorum serie nobis proueniat: & quibus temporibus absque diligentī ipsorum inspectiōe uelle explicare est labor inanis. ergo hoc concessio est arguenda astrorum scientiā: & repudianda. certe consequentiā non tenet ut late infra dicitur tanta enim rerum mundalium est diuersitas: quātæ in superioribus comitiones radiorum sunt diuersæ ut supra plotinus hic concessit. & quia omnia mundana comprehendere nō licet. sufficiat nobis aliqua capere: ut sciētes simus & plura affectare totis uiribus scire ut scientiores uel sapientiores efficiamur. sapientior nanq; est qui plura percipit & similior deo homo per doctrinam & sciētiam fit quod maxime desiderare debemus: cum omnia deo assimilari intendant sicq; ignorata nō reprehendemus.

F. Finem horum appeto in tertio capite eadem fere repetūt: stellas uiuere: & sic natura eorum non est malefica: neq; aliquis gradus signorum malus. in hīs ergo non possunt planetæ uel stellæ malæ fieri loco uel aspectu: dic aperte totum quod sentis. dicunt nō itur ab extremo ad extremum sine medio: quomodo audēt dicere planetam in angulo fortissimum: & statim post angulū debilissimū: & duodecim signum diuturniorē morā trahit supra nos q̄ ascēdēs ergo magis agit ī nos q̄ ascēdēs: & Ptolemeus asserit signum decimū fortissimū zael uero ascendente



& sic contradicção in dictis responde si placet. Astro. Dixi supra conantur sibi ipsis contradicere: non esse diffidendum dicunt celestia uiuere propterea mala non facere: & per consequens non omnia fiunt a celo: hoc consequens contra precedentia platonica assertum est licet catolice a nobis supra sit concessum: non tamen concedimus catolice corpora celestia diuina anima esse informata: ut asserit hic plotinus: neque ideo animata esse anima intellectiua: uel diuina quia uiuant: cum omnia uiuere dicantur: & a spiritu sancto omnia deum laudare decantetur in psalmis: tanquam entia entitatiue uiuentia suo creatori minime ingrata: & tamen multa esse inanimata: nullus sanæ mentis ambigit: sed & flectendum in eos argumentum iudico quo arguunt corpora celestia non posse agere in animam: nisi per animam: cum aliqua per illa significantur: & fiant quæ ad causam corpoream referri non possunt cum ergo non aliter fieri possunt: nec in aliam recte referri quam erit in celestibus animis descripta series rerum futurarum: Quando quidem inferiores animæ & intelligentiæ ordine naturæ a superioribus reguntur: sed corpora superiora regunt inferiora: & agunt per formas suas directe: & firmum & rectum est directe in nostras animas non agere: ergo superiora non sunt animata anima intellectiua. hoc infra late docebitur: cum de anima celi sermo erit. F. Hoc est quod supra dixisti uide ne huius firmes uim stellarum: sed quid ais de oculo paterno in filium. Astro.

Aio o fidelis: & aduertit contradiccionem in dictis suis: & malam logicam & eorum cecam comparationem. non enim sequitur nutus paterni oculi in filium propitius est signum beneficii: & non causa: ergo a simili mercurius certo modo positus natum sapientem prædicat: & non facit: non tenet certe similitudo. dixerunt supra platonici mercurium reuocare animos ad sublimia: qui reuocat agit non sic agit oculus patris in filium: & a stellis homines animas accipere dicunt platonici licet nunc dicant quod corpus planete non facit animam sed uelut causa simul & signum iudicat ut corpus nascentis ad obsequium sapientiæ aptum existat: sed quid aptius & maius queris. pro astronomia inquit platonicus hic mercurius portendit animam in corpus eo tempore descendentem familiarẽ esse mercurialis animi atque numinis ac si in eadem domo o platonice educate eisdem litteris ibute:



& moribus & sapientia anima taliter nati:& mercurio in infantia magnam. non ergo deus creando infundit animas equaliter capaces ex natura propria horum: sed iam talis anima creata est etiam sapiens mercurii familiaritate: ut quid ad hec deterius addit nisi ut stellis vim esse maximam uolens: uel inuitus testetur etiam ex mente porphirii: si quis inquit figuram generationis alicuius agnouerit:& dixit esse incertum porfirius dominum geniture apud astrologos qualem quis demonem natus fuerit cogniturum si etiam dominatorem in figura cognouerit: sed certe sufficit intelligenti quod secundum conditiones figure natiuitatis celi & dominatoris: licet a multis ignoretur:& animam & demonem fortitur corpus humanum quod hereticum apud nos est falsissimumque: & contra ueritatem catholicorum astronomorum. F.

Siccin hoc absurdus est: quam quod dicunt astrologi: solas qualitates corporum superiora afferre. Astro. Immo hoc uerum illud absurdum quod longo processu concluditur postea non solum corpora celestia agere per corpus sed formas rerum naturalium agere & perficere per suas formas quas animas uel igne appellant: quanuis aliquae stellae cum calore adducant humorem aliae raritatem: aliae aliquam densitatem aliae celeritatem aliae firmitatem & ceteraque talia similiter. F. Quomodo ergo exclamant uanum esse machinamentum: ponere planetam retro significare tarditatem in inferioribus:& plurima temeritate saturnum tardum diuulgare: cum pro longitudine spacii sit uelocissimus.

Astro. Vide quanta rabie latrat: ut ignorantiam suam publice in motibus celi: cum penes quid habeat attendi uelocitas corporum in celo penitus ignoret: ea enim omnia quae agunt per formam suam praecipue agere dicuntur non per corpus solum: neque stellae fixae uel erraticae per corpus suum: in quantum corpus sine alia forma a forma dante esse: hoc ex sententia astrologorum aliquid prorsus operatur: si enim sine tali forma essent in minori conditione & dignitate forent: quae arbor uegetas: ut infra dicitur: ita demum agunt: quia animata. in hoc enim omnes conueniunt: sed non qua anima: si enim superiora animata non essent uel animatum celum non esset: nobiliores essent herbae:& lapilli celo tantum enim uero munere hec a celo ex uisus animae celi accepisse dicuntur: ut mirabiliter agere in animam nostram indire



Est ne bīscum platonici fatentur quantum ex genituris in diuer-  
sis temporibus factis ex natura dominatoris figure: uel ex alio si-  
mul influxu corpora humana accipiūt: ut sic eorū animæ postea  
mercuriales uel iouiales: aut solares denominentur a nobis: ut  
sūt theologos: uel oratores potius uel imperatores faciant deus  
n. sua eterna: & infinita scientia: & sapientia ita animam creādo  
conditionat aptat: uel disponit naturat: ut infundendo eam ordi-  
nem uniuersi nō tollat: ut hic iscius prætor designetur: ille quæ-  
ritas præturam deprimat. ille talem fratrem habeat: uel patrē  
& cætera que dicis: non ut ex dominatore figuræ animæ creent  
iouiales: uel mercuriales: hoc certe maiestati diuinæ repugnaret  
neq; dicendum hac illorum temeritate q; propter stellarum lon-  
gitudinem a nobis: & diuersitatem illarum inter se accidēs esse  
quod inde hucusq; diffunditur: quia ex celo: & motu eius fiunt  
substantialia ut aperte demonstratum habetur infra ex substan-  
tialibus celī principis: & quis ut dicis tu ex proxima causa fiat  
actio: tamen nobiliori modo & principalius causa superior agit  
ut dictum est supra: & ut in fine ea recte concludis o plotine ad  
tam diuersa concilianda primam causam necessariam esse ar-  
bitramur: quam platonici uitam ubiq; regnantem appellāt oīa  
facientem atq; ad id celestibus & terrenis instrumentis utentem  
quæ non anima mundi: ut ipsi dicunt sed deus est causas secun-  
das in opere naturali nequaquam excludens: sicq; cessant secundi ca-  
pitis obiecta. F. Responde ad ea quæ per caput tertium ite-  
rantur dicendo stellas ad hec non mutare naturam motibus lo-  
cis & aspectibus: quoniam oporteret omnes dum in eisdē locis  
& figuris sunt eadem facere. Astro. Dic mihi o plotine non  
ne supra dixisti celum moueri circulariter: cumq; pars eius infe-  
rior non sit adeo potens: ut sicut superior cuncta simul in se pro-  
mat in actum: & sic cunctas adhuc similiter appetens uicissim  
repliat omnes successione perpetua: ut tandem uariatis supno  
motu figuris apud nos uariantur omnia: & per similes reuolu-  
tionum & figurarum reditus similia cuncta redeunt: apud nos  
quid ergo nunc miraris: & pro inconuenienti adducis: oportere  
eadem fieri pro locis eisdem & figuris contraria tibi ipsi deducis  
quod & sequentes platonici faciunt quo fit ut uana sit eorū re-  
prehensio: & confutatio maxime eorum quæ ignorant in Isa



gogis astrologiæ quorum rationes penitus neglexerunt obliti  
eorum que sæpe firmarunt. F. Certe memini eos probasse ua-  
rietatem figurarum: & locorum superiorum causam fore uarieta-  
tis inferiorum Astro. Sic est: sed neque ridiculum est si ad  
plura respiciunt quamlibet partem ab alia differre in aliquibus  
& conuenire. hæ. n. proprietates & passiones planetis attribuunt  
secundum effectus in nobis euenientes: non secundum proprias  
eorum qualitates: ut sepius repetitum est: & arguens fatetur: cum  
dixit quæ contingunt hic mala licet mittantur a celo: non mittuntur  
a celo malo. sed uide expressam in se contradictionem. subiungit  
capitulo nono an astra influant quod anima quæ in nobis est  
dependens a celo subest facto: ubi memorat fusum quem parca  
retorquent: & necessitas mater Parcharum in cuiuscunque ge-  
neratione conuoluunt: & quæcunque gignuntur: per hunc circui-  
tum & reuolutionem prodeunt demumque tradere anime princi-  
pium: dii uero qui preferuntur graues necessariasque adhibent  
passiones iras libidines uoluptates dolores: aliaque animæ spe-  
cie. F. Quid ais: ac si ergo in homine plures essent formæ specie diffe-  
rentes uel animæ essentielles: an etiam per deos qui præferuntur  
stellas intelligit? Astro. Audi. hoc ipsum intelligit. hec utique  
uerba platonis stellis nos deuincire uidentur inquit plotinus  
animas uidelicet ab illis stellis accipientes & nos huc labentes  
necessitati subiiciunt: cum ab eisdem quoque mores nos habere  
dicat atque secundum mores etiam actiones & passiones habe-  
re. uide ergo quomodo leuiter arguunt astronomos dicentes ab-  
surdum esse pro eodem tempore tristari & lætari superiora plane-  
tasque tranquillos esse. Sæper sed transeant hec cum suis nugis  
dubii. n. sunt semper platonici modo unum modo aliud fingen-  
tes secundum diuersorum opinionones quos plato introducebat  
loquentes. ideo dixit ipse in Gorgia de meo nihil unquam audies  
imo nec de deo ueram opinionem suam in multitudinem non  
audebat efferre: exemplo territus furatico uel furto cum Piosenes  
cum apertissime furem fuisse ostenderet post cenam apud lon-  
ginum multis philosophis in platonis solemnitate prout porfi-  
rius scribit in libro de studioso auditu: & platonem nihil aliud  
esse aperte scribit Numenius pitagoricus quem moysen attica  
lingua loquentem. sed cum non nulla mosaica cum peruertisse



potius q̄ conuertisse testetur eusebius pamphili nimirum si male aliquando de hiis senserit: q̄ uero hic plotinus uel platonicus alter: ita contra præcepta astronomiæ antiqua insudet redarguendo non miror. Græci enim omnes ferre id sunt semper enixi: ut alter alterum studio se redarguat: etiã si adducat in medium leuia: non curat: quandoquidem terfa: & polita oratione utitur: in qua credit facile omnes alios posse superare: sed audiamus ipsos sudore pectoris frigido anhelantes: contra astrologorum instituta repetendo eadem: ut ipsi dicunt: rhetorice non dialectice admittent forsã astrologi planetas uiuere admittent inq̄: sed non eo modo quo platonici: tamen nec malos esse natura: neque aliquem gradum celi malum ex propria natura fatebuntur astronomi: ut sepe responsum est: ideo cessat prima causa in probans quod astrologi dicunt de planetis malis: uel stellis redit insuper & secunda: cum ipse non satis intellexerit naturas signorum: & planetarum: & quare in una figura unus gaudeat: alter non: & mala sint loca: & figuræ appropriatæ: non ex natura propria: ideo querit in tertia causa: quo pacto possit planeta hic uel ille euadere diuersus indiuerfis gradibus: cumq; longissimæ distet a gradibus possit illinc infici: cum etiam cœlum hic corpus optimum diuinitati proximũ & ex quarta causa sit uniforme. ho: ho credidit bonus hic uir astrologos dicere planetas debere infici: ut hec inferiora non aduertens insuper celum in partibus suis diuersissimum forte non respexerat celum debilitate organi: contempletur celum: & uideat: si potest duas stellas omnino similes: quas ipse etiam supra dixit dissimiles: ultimo dicit absurdum est quod dicunt de angulis: quid est ergo q̄ plotinus dixit diuersa in diuersis regionibus fiunt eodem tempore: & uarietas locorum & figurarum superiorum corporum causa est uarietatis horum inferiorum: profecto absurdum nimis est: & puerile multum nugari: & contradictoria in eodem libro ponere: & ignorata deridere: & eo magis libros nugis multiplicare: piterq; malis heresibus implere: insup ostēdētes se uidisse astrologie p̄cepta eorūq; auctores: dicūt fingūt astrologi āgulos succedētes & cadētes domos uel ptes celi: & horrent martē ēt saturnũ in angulis: & eũ duodecima collocant: martem in sexta. quo fit ut sibi met contradicant: quia sic essent contrariũ in opposi



tione constituti: quorum oppositionem solent acriter detestari astrologi: Sed certe horum dictorum rationem ignorant: sicut ceterorum. hac in re detexit dicto isagogarum scientie astrorum non intellexisse: neque recte scire quid scit opponere planetas inter se: uel sibi met contradicere: cum sibi met aperte contradicant platonici: miror: addit ille: ex sexta morbi significantur: ergo non debuerunt astrologi martem in ea collocare: & saturnum in duodecima: cum oēs morbi sic redderentur incurabiles: est nedeductio hæc sapientis logicæ: uel sapientis astrologi: quasi non aliter quã a saturno uel marte morbi reddantur incurabiles.

F. Profecto consequentia illa non tenet: ut ab eis semper reddantur incurabiles. Astro. Sequentia attende: cum maiori fallacia: quandoquidem ignorat in quo loco & quomodo ponunt astrologi planetam fortissimum uel debilissimum: uel quomodo transeat ab uno ad aliud. inepte adducit ab extremo ad extremum non itur absque medio contra astrologos: qui nequaquam ponunt planetam in angulo fortissimum: mox post angulum fore debilissimum. o quã magna est præsumptio: astrologis ueris & nobilissimæ scientiæ hæc & talia imponere: maxime falsa assumendo: & male inferendo: sic signum duodecimum diutius moratur super nos ergo nunc fortius agit quã ascendens uel medium cæli: quæ: nam hæc est ignorantie rabies: & male logicæ contumelia: quasi solus sapiat hec palam scribere audet: quomodo ergo uariantur inferiora ut tu dixisti: ex uariatione superiorum: nisi diuersimode continue agant: immo tuo modo ascendens gradus angularis diutius trahet moram super nos quã duodecima. tota enim duodecima citius occidit quã ascendens gradus: qui maiorem circulum describet ad hec dictum zaelis cum dicto magni Ptolomei conciliare potius debuisset: si dicta astrologorum nobilium recte accepisset: nam in aliquibus ascendens fortius est: in aliquibus decimum praeualet ascendenti: & ita ceteræ domus se inuicem superant: neque uanum illud fuit adducendum de uaporibus: & terrenis obstaculis dictas domos impediuntibus: plebea enim sunt: in quibus diutius non est in morandum: certe cortices uerborum hic contradicens uel reprehendens solum attendit: non medullam: dixit fugacissimi sunt anguli: & uix ad nos pertinere uidentur: sed



uix uerba huius sciētiae ad eū ptinēt: & rerū mūdialiū cognitio  
trāsitoria: sicut. n. rapido turbine celū uersat: & sic sine inulto  
interuallo res fiūt: & mutant: & angulī: & celi ptes uariant: ut nī  
hil sub celo stabile remaneat: & tñ successiua aliqua & durantiā  
mēsurant diuersimode: sicut celum duratione sua diuersimode  
apud sapiētes fuit diuisum: & æqualiter imo si nosci decima ali  
qñ plures q̄ certa data domorū ptes accipit: & aliqñ æquales: &  
contra: hæc patēt nō ignorantī rōnē diuisionis domorū celi: &  
ascensioes rectas: & obliquas: ut hic qui p cōsequēs cætera itro  
ductoria artīsq; egregiæ intima ignorauit: ideo admirat de gau  
dio planetarū in uno loco: & nō in alio: quia naturas locorū celi  
q; domorū & planetarū nō satis sciuit: quare nunc cōtra superius  
p eū dicta cōcludit p incōueniētī merores & gaudia simul pla  
netis euenire: & subdit uideo quo cōfugiet: & neq; eos a loco fu  
gauit primo. F. Sed tandē hæc esse fingētis potius q̄ docen  
tis asserit: rōnes querit: & pbella esse nullis rōnibus firmata.

Astro. Adde tu a te ipso scitis: atq; frustra rōnes requires: corū  
quæ ignoras cōsulas nobiles & p̄itos astrologos: & iuenies nō  
inanis similes sed firmas rōnes sed plebeus cū sis: has ineptias  
a plebeis astronomis accepisti: & astronomos oēs sic derides:  
quia sompniatus es astrologos saturnū accōmodare ascēdenti  
pp tenebras & absentia quibus rōnibus cōcludis signa sub ter  
ra potius ei cōuenire: q̄ e terris ascēdens. o stulticia magnā dico  
& temeritate: audes tu qui dicis ascēdēs esse supra terrā signū  
ideo nō cōuenire saturno: sic astronomos rephendere hac igno  
rātia: & dicere puerile stultū & infanū eē quod saturno: & lunæ  
appropriat hacq; rōne insulsa refellere p̄sumis assignādo quæ  
ridicula sunt nulla rōne firmata: neq; ab astrologis posita: sicq;  
ad inanē similitudinē eos cōfugere p̄dicas: p̄pterea quis hæc ita  
uerificat: ut tu dicis. s. ascēdēs significat principiū uitæ: quia ab  
orizonte exit: ergo a simili pater nūc egrediēs ciuitate filiū signi  
ficat: dico simul egredientē: atq; insup filio cōducit simul a gre  
diētī. uana prorsus est hæc argumētato tua nō uana similitudo  
astrologorū insup signum ascēdens homo cōceptus: & homo  
qua icipit uiuere cū aliis celi tūc hitudinibus significat uitā fetus  
i utero: & mortē aliqñ: & hoc & p̄nt & sciūt obfuare astronomi:  
licet tu hoc nō tradere fingas uel ignores quod tñ alibi firmasti



uel pfecto sicut dictorū in libris astrologorū: tu rōnes somno  
plenas accepisti: ut possis eas hic refellere: ita putas alios tradē  
nō posse rōnes meliores & excitatas. lege libros rōnū astrologo  
rū nobiliū: & quæ hic deo dāte cōperies: & alia ab istis friuolis  
p te recitatis iuenies altiora: & iteꝝ cogita: q̄ & si nō oīum quæ: i  
sciētūis practīcis dicta sunt: & a maioribus nr̄is cōprobata expi  
mēto rō reddi nūc nō possit: uel sciat a nobis: tñ pp hoc nō sūt  
ficta documēta sciētiarū: aliter medicina fere tota tollerēt: quæ  
expimentalis ē: & grāmatica quæ auctoritate cōprobat & tenet  
nulla rōne cogēte cū tñ si auctores ip̄os primos audires: mirabi  
lia fundamēta sciētiaꝝ fuisse teneres: & eē: ideo reuertamur ad eū  
locū in quo pedē sistere me iussisti: & platonica in epimenide su  
pra recitata nūc cōmemora: qñ quidē hæc sciētia longā & anti  
quissimā hūisse traditionē & exptā & pbatā rōnibus Plato te  
statur est apte: cōtētīq̄ fuere platonici ueri: alchindus thimeus  
haomar Ptholomeus hermes ioanā sequacesq̄ artē Samuel la  
fer introductorīā ad iudicia: unde explanare uerū o fidelis mi an  
gele Raymundus noster indagator reꝝ subtilissimus uerus &  
metaphisicus & platonicus aperuit uia generalīū principiorum  
ad oēs artes & sciētias: cū quibus spero nutu dei aquo spiritus  
recipit gratiā & oē opus bonū pfectionē & fundamēta p̄cipia  
pticularia huius sciētie p̄ba posse: & sic corroborare isagogica  
huius artis oīa: neq̄ licebit amplius dicere ignoratis primis p̄  
cipiis ignorant naturā & cōsequētia eorū: qm̄ iuestigabimus  
primo an sit celū aiatū: & quæ sit aia celī: siue forma p̄ quā agit  
qm̄ omne agēs agit p̄ formā: & post de tpe differemus: quia ex  
tpe cōsequēter fiunt diuisiones signorū & graduū: & alia diuio  
nes: pp̄ quas q̄runt loca in celo: quod ualde est necessariū i sciē  
tia astronomiæ agnoscere. p̄pterea multi arguūt astronomiam:  
ignorātes uirtutes locorū celī: nesciētes unū planetā cū uno lo  
co unū facere: & cū alio aliud: postea modus inuestigabit & in  
strum: cū quibus sup̄iora agūt: & alia multa apient: & breuiter  
ea omnia quæ tu ordine tuo interrogando cupies audire: & ispi  
ratus queres: ego iuxta ingenū mei imbecilitatē eo ordine gratia  
altissimi opitulante aperire curabo: ideo finem iponamus o mi  
angele fidelis ad ea quæ p̄ utrūq̄ genū obiciunt: qm̄ ex dictis  
si sapis: & fortius ex dicendis: omnia de medio tollent argumēta



et quæ per Alexandrū diogenianū & Bardesanē ab eusebio recitātū adducunt. eadē. n. diuersis uocabulis & diuerso stilo tradidere: & aliter p̄ Marsiliū ficinū recitant: & lōgiori sermone uel dulciori rhetorice lira p̄ Picū cōfirmant: nō uera rōne quibus reiectis cōcordē cū xp̄o: & eius orthodoxa fide astroꝝ sciētā inuenies. F. Iuuabit aliqñ o astronome dicta eoz̄ repeteꝝ epilogādo. Astro. Frugi erit epilogatio nō necessaria doctis. F. Ergo primo quereꝝ an celū sit aiatū utilius erit & rōnabilius. Astro. Sic nūc puto: gaudēt breuitate moderni. F. Dilucida: atq; attēde: celū ut uideo nō est aiatum aia uegetatiua: qm̄ nō nutrit: neq; auget: neq; sensitīua aia aiatum uidet: cū illa det appetitū corporibus sensatis quibus unītur sentiēdi & generandi: sicq; diuersa organa hēret quod celo & simplicitatī eius nō conuenit: qm̄ aia sensitīua ī corpore aliquo esse nō pōt: sine suis p̄icipiis & opationibus. relinquit̄ ergo o astronome a sufficiēti diuisiōe q; celū sit aiatū aia intellectīua: & rōnali quod ēt mihi uidet̄ absurdū: & incōueniēs: nā talis aia rōnalis nō pōt uniri corpori nisi ut forma: quæ nō p̄t aduenire enti: nisi cū suis p̄icipiis essentialibus uirtutibus & naturis. s. recolēdi intelligēdi: & eligēdi cū libera uolūtate: quæ pprie sunt operatōnes aia intellectīuæ: aia. n. celī non facit ipsum celū in se ipso sentire: neq; facit de corpore celī: quod facit aia intellectīua & rōnalis de corpore hoīs: cū quo iungit̄: ut patet exp̄sse: ergo nō est aiatū talī aia propterea neq; unīt̄ celo aia intellectīua: uel substātia intellectīua p̄ modū mistionis uel cōtactus: siue inherentiæ uel cōtinuatiōis aut cōpositiōis siue colligatiæ: qm̄ hæc oīa corpoꝝ sunt ad hoc q; fiat ex hīs unū simpliciter. incorporea uero substātia & intellectualis: & si possit uniri corpori celesti p̄ contactū uirtualē ex talī tñ unioē nō fiet unū simpliciter: quod requirit̄ ad hoc q; uere substātia intellectualis celo uniat̄ tanq̄ forma ad hoc q; celū debeat dici uere aiatum. esse. n. unū in agendo: nō est esse unum simpliciter: aliter multi homines trahentes nauim ex quibus fit unum in trahēdo essent unus homo: quoniam autem unū simplex potest dici tripliciter: aut enim primo modo sicut indiuisibile: quo modo non fieri potest ex substātia intellectuali: & celo nec secundo modo sicut cōtinuum unum: quia partes cōtinui sunt quantæ: aia uero intellectualis nō quanta: ergo relinquitur



ex substātia intellectuāli cū celo posse fieri unū tertio mō: rōne  
s. sicut ex forma substātiaāli intellectuāli: & materia fit homo unū  
rōne. hoc autē est ipossibile celo: qm̄ cuicūq; inest substātia intel  
lectualis insunt ei principia essentialia sine quibus illa substan  
tia intellectuālis inesse non pōt: sed aīa intellectuālis inesse non  
pōt materiae sine libera uolūtate memoria & intelligētia: & aliis  
potētis eius: quae ipsi aīae essentialia sunt: quae omni celo eē nō  
possunt: nisi quis uelit uolūtariē respōdere: ut aristoteles ī secū  
do de aīa subiūgēs ait. Quibus inest ratiocinatio: hīs: & reliqua  
oīa in intellectus insunt uidelicet oēs aliae potētiae: si sunt de nūe  
ro corruptibiliū: oē enim ex rebus corruptibilibus habēs cogni  
tionem hēt oīa alia: ut daret intelligere q; aliqua incorruptibilia  
hēt intellectū: & nō alias potētias: sicut corpora celestia: ut di  
cit cōmētator ibidē: respōde o astronome quid tibi uidet de ista  
aīa celi: & aliqua noua si sapiis ī mediū adducas. isti aliter formā  
celi saluare nesciūt: ponētes q; illa corpora nō hnt de uirtutibus  
aīae nisi cōcupiscentiā: & intellectū ut uideor uidere. Astro.  
O fidelis hec antiqua est opinio: & fere oīum: q; forma celi sit  
intellectualis substātia: & q; celū sit desiderās: & intelligens: ut  
nūc deduxisti: nō aduertētes tñ ppheticā ueritatē: celi peribunt:  
& fiet celū nouū cū nobiliori forma ut dicet: sed uideamus rō  
nes suas: & si poterimus eas refutare: gratias agemus deo: quia  
secundū fidē nō sic esse credēdū iudico licet sanctus Thomas  
dicat: q; sic credere aut aliter ad fidē nihil ptinet: dicēs argumen  
tū diuinū reliquisse hoc in dubio. Audi rōnē aristotelis octauo  
phísicorū: in mouētibus: & motis nō est pcessus in infinitū: sed  
est deuenīr ad aliquod primū: quod uel moueat ab immobili: uel  
moueat seipsum: & accipit secundū q; s. primū mobile mouet se  
ipsum: quia id quod est p se seipm̄ est prius eo quod est p aliud  
deinde ostendit q; mouēs se ipm̄ idest primū mobile de necessi  
tate diuidit in duas partes quarum una est mouens: & alia mo  
ta: omne autem tale compositum ē animatum: ergo primū mo  
bile similiter & celum est aīatum: secundum ēt opinionē euidē  
aristotelis in secūdo de celo dicit exp̄sse: q; celū est aīatū: in quo  
oportet ponere differentias positionis nō solū q̄tū ad nos: sed ēt  
secundum se. hoc argumentum o fidelis recte cōcludit ipm̄ esse  
aīatum: sed non aīa intellectuālia aīatū: & cū differentia positionis



secundum se: sicut dixisti quoniam celum est subiectum sui mo-  
tus sine tempore in se ex quadam forma motiua: ut dicitur infra  
quoniam mouens se ipsum non potest ab aliquo extrinseco moue-  
ri: ut probasti tu: & certe anima uel substantia intellectiua est quid  
extrinsecum a celo: & cum sit impossibile ex duabus substantiis  
sic actu existentibus fieri unum simpliciter sine suis essentialibus  
relinquitur animam celi non esse intellectum ideo probabo quid  
est: & de quo est: & quare est celum: & sic patebit de anima celi quid  
sit. F. Omitte si placet: quia forte hec nunc probatio longa ni-  
mis esset disgressio uideamus: quomodo & qualiter inquirunt de  
anima celi secundum opinionem aristotelis: qua. s. anima sit ani-  
matum. Astro. Recte meministi. aristoteles duodecimo me-  
taphisicæ dixit quod in motu celi est considerare aliquid omnino in-  
motum: quod mouet: & aliquid motum quod mouet illud autem  
omnino in motum quod mouet: mouet sicut desiderabile nec du-  
bium quia ex eo quod mouet inclinatur ad mouendum: adde tu quia  
desiderat & delectatur in fine quem intendit: in quo perficitur. ostendit  
autem aristoteles quod non sicut desiderabile desiderio concupiscentiæ  
quod est desiderium sensus: sed sicut desiderabile desiderio  
intellectuali: unde dicit quod primum mouens non motum est  
desiderabile & intellectuale: igitur id quod ab eo mouetur est de-  
siderans & intelligens celum. s. nobiliori modo quam nos: neque tamen per fan-  
tasinata continuabit intellectus corporibus celestibus: sed oportet  
dicere quod secundum substantiam suam uniat corpori celesti ut for-  
ma: hoc ego argumentum salua reuerentia ut statim dixi credo non  
ualere: nam licet non sit desiderabile desiderio concupiscentiæ: est tamen de-  
siderabile desiderio finali perfectibili uel complebili: quoniam agens natu-  
rale naturaliter desiderat perficere complere & facere quod intendit  
est si non sit animatum anima intellectiua: ideo continue mouetur celum anima  
eius per perfectionem quam acquirit in motu sibi a naturali instinctu  
dato in quo ut ita dicam quiescit mouens quia nihil aliud intendit  
quam mouere: & hic non est actus anime intellectualis: sed actus natu-  
ralitatis suæ: & instinctus naturalis: & proprietatis inductæ sibi a  
conditore æterno: ideo non sequitur quod celum sit intelligens sine aliis co-  
essentialibus sed sequitur quod sit desiderans: & complens desiderium suum  
naturale in quo perficitur & delectatur nobiliori & excellentiori modo quam  
nos delectemur in nostris prout probabit cum de appetitu & delectatione &

*opinio arst. qua anima re-  
animatur.*



instinctu superiori & inferiori dicitur: multe tamen operationes nostre & intellectiones & delectationes & desideria nostra maxime: cum quibus desideramus deum cognoscere & amare longe excellunt delectationes celi propter gratiam dei per quam nos speramus aeternam gloriam habere: sequitur igitur quod non sit compositum celum ex anima intellectiva & corpore propter illud desiderabile: quia illud non est intellectuali desiderio desiderabile: neque concupiscibili prout ex forma sensitiva surgit uel intellectiva: sed ex naturali instinctu: & desiderio naturali surgente ex forma sua motiva sicut forma ignis movet ignem ad comburendum naturali desiderio: & tamen neque ex concupiscibili: neque intellectuali ita quod ex illo desiderio sequatur quod ignis sit animatus prout dicimus: cum differemus quid sit anima celi. ideo ratio sua non valet: sed sequitur quod quibuscumque substantiis corporeis inest intellectus etiam insunt omnes alie potentie: neque oportet dicere quod intellectus ex illis rationibus unatur corpori celesti: secundum suam substantiam uel forma cum formam celi sine istis superstitionibus possumus evidenter demonstrare. F. Ita mihi persuadco: si adduces in convenientia: & respondeas ad obiecta: quibus probant quod celum moueatur ex aliqua substantia intellectuali. Astro. Recte dicis: sed audi medium unum nunc occurrens quod probat celum non esse animatum anima intellectuali: quoniam ponentes celum animatum anima intellectuali non dicunt ita esse: quia nobilissima forma insequatur maxime nobilem: & aequalem complexionem sicut dicimus de homine cui deus dedit complexionem nobiliorem & temperatorem quam in hoc mundo esse sit possibile: ideo & nobiliorem formam: neque uniter anima intellectiva celo corpori simplici: quia aut haberet tunc intellectum tantum aut etiam alias potentias: si intellectum tantum frustra uniter corpori: ergo non habens aliquam operationem ad corpus pertinentem: cum ergo nullam habeat operationem ad corpus pertinentem nisi ut mouens: motus autem celi ab aliis principiis potest causari quam ab anima intellectuali: ut dicitur: ergo superfluum: & presumptuosum est ponere celum animatum anima intellectuali propter motum solum. hoc argumento utitur sanctus Thomas in secundo contra gentiles ad probandum quod anima intellectiva non unatur corporibus simplicibus ut forma: praeterca

quod celi non est animatus.



de ratione substantiæ intellectualis secundum se non est q̄ cor  
pori uniat̄: quia est de ratione rei per se subsistentis: nisi inquã  
tum aliquid debeat operari in aliquo quod absq̄ ea fieri nõ pos  
sit: ut in homine: sed quicquid operatur intelligentia in celo ali  
ter per principia celo infra cõmode potest operari: ergo frustra ẽ  
ponere ipsum animatum anima ratiõali. Præterea arguit aristo  
teles duodecimo metaphisice sic oportet motum regularem: &  
continuum & quantum in se est indeficiẽtem esse a motore: qui  
non moueatur per se neq̄ per accidẽs: & sic plures motus a plu  
ribus motoribus: sed cum plures huiusmodi motus sint in celo  
sicut probatur per demonstrationes astrologorum multi essent  
motores tales qui per se sunt substantiæ intellectuales unitæ ce  
lo: ergo plures erunt intelligentiæ in celo: quæ non mouebunt̄  
per se neq̄ per accidens: & sic consequenter non essent unitæ ce  
lo: quia si sunt unitæ celo mouebuntur per accidens ad motum  
primi celi saltem quæ in locum primum motæ erunt. hoc autẽ  
est cõtra superius dicta ab aristotele. Item si essent unitæ celo se  
queretur error saduceorum: qui dicebant nullum spiritum esse:  
sed ex opinione antiquorum naturalium dicebant omnem sub  
stantiam esse corpoream: & angelos bonos & malos haberi cor  
pora quia non compræhendebant nisi animas hominum: & in  
telligentias mouentes orbes quas unitas corporibus arbitrabã  
tur: quod. Origenes restrinxit dicẽs nullam substantiam post tri  
nitatem diuinam absq̄ corpore posse subsistere: quem credo sic  
ut uerba sonant non intellexisse: sed intellexit diuinam substan  
tiam esse actum purissimum: omnem autem aliam compositã  
ex actu et potentia: uel ex esse & essentia quæ se habent ut mate  
ria & forma in eis: hæc perbella: sunt responde ad obiecta: quo  
cognitu doctrina faciliõ sit: si libet sic procedere. Astro. Li  
bet profecto: & ad primum argumentum respondendo audies i  
conueniẽs ex illo. s. celum formaliter influũt in animam & intel  
lectum humanum: & uoluntatem directe: quod omnes catolici  
reputant hereticum & falsum sicut est uere. ideo ad hoc cuitãdũ  
oportet dicere q̄ celum non sit animatum anima intellectuali:  
nam certum est sicut infra probabitur: & idem probat sanctus  
Thomas ubi supra in tertio capitulo uigesimo secundo q̄ oia i  
feriora reguntur & fiunt uel producuntur a superioribus corpo



ribus a forma celi sua per motum cum motus celi fit causa omnium motuum inferiorum: & consequenter omnium: cum hec omnia inferiora aliquo motu moueantur: & omne agens agit per formam: sed per te substantia intellectualis est forma celi: & unitur celo ut forma: & ultimum intentum totius gradus generationis est anima humana quæ est altior omni forma: nihil autem secundum suam speciem agit ad producendum formam altioris sui forma: quoniam omne agens intendit agere & producere sibi simile: & non ultra gradum proprium: corpora ergo celestia secundum quod agunt per motum suum & per speciem superioris agentis intellectualis intendunt producere ultimam formam quæ est intellectus humanus uel anima humana: quia ex propria uirtute & specie corporum non posset anima humana produci & intendi nisi secundum quod a superiori agente moueretur: si ergo mouetur ab intellectuali substantia potest intellectualem substantiam producere secundum propriam speciem: & ideo probabant ipsi quod ab intellectuali substantia mouerentur corpora celestia quia intendunt animam humanam producere tanquam ultimam formam: illud uero quod intenditur ab aliquo produci uia naturalis ordinis dependet inesse & conseruari a celo: ergo regitur ab eo directe: ergo erunt etiam cause talia corpora celestia eorum quæ circa animam sunt: que omnia inconuenientia sunt. Præterea naturalis ordo generabilium est ex naturali ordine celi & talis est ordo conseruationis eorum: quoniam oportet quod in ultimum & perfectissimum actum: quem materia consequi potest: tendat appetitus materie quo appetitu appetit formam ultimam & perfectissimam sicut ultimum finem generationis: sed in actibus quidem formarum quidam ordo & gradus inueniuntur nam prima materia est potentia primo ad formam elementis deinde ad formam mixti propter quod dicitur quod elementa sunt materia mixtorum: deinde est in potentia ad animam uegetabilem quæ est actus corporis talis uegetabilis & postea est in potentia ad sensitiuam: sensitiuam uero ad intellectualem quod totum processus generationis ostendit: qui quidem ex celo essentialiter totus iste ordo procederet si celum esset animatum anima intellectiua & rationali. primo. n. in generatione hominis fetus uel embrio est uiuens forma plante: post uita animalis: & post uita hominis



deo creante animam: & infundente non celo cum sua anima intellectuali producente quoniam ordo providentie eterne est ut per superiora regatur & moueantur inferiora omnia: anima autem humana cum libera sua uoluntate ordine nature omnia corpora celestia antecellit. quod non esset si illa essent animata substantia intellectuali qua cum esset superior & nobilior anima humana seclusa gratia animam humanam regeret & gubernaret directe: quia sicut corpora superiora directe regunt inferiora: ita superiores intelligentiae directe regunt & gubernant inferiores nutu dei maxime corporibus unitas. F. Dicerent forte isti quod astra & celum in quantum mouentur ad generationem horum inferiorum intendunt intellectum humanum in genere cause finalis non in genere cause efficientis. Astro. Ita uidentur saluare dicta sua sed in ueritate non saluant salua reuerentia: quia agens omne agit propter finem: & quid est aliud producere causas facientes pro fine quam finem. ordine. n. naturae introductis dispositionibus facientibus pro introductione formae a natura intente introducitur illa forma necessario: cum ergo a celo mediante anima sua qua per te est intelligentia unita celo introducatur omnes dispositiones facientes pro anima quam intendit illa intelligentia non intendendo altiore formam sed sibi similem uel inferiorem ergo intenderetur anima humana a celo cum forma sua intellectuali necessario tanquam intentum ab agente per propria speciem. hoc autem est falsum quia licet deus non absoluta necessitate creet animam humanam sed possit non creare etiam stante introductione dispositionum naturalium tamen humana anima non educitur de potentia materiae naturaliter sed deus creat & creando eam infundit & ideo cum possimus saluare animam celi aliter quam dicere ipsam esse substantiam intellectuam melius est o fidelis effugere errores & ideo attende quia ponemus fundamenta ex quibus patebunt faciliter responsa ad argumenta probantia celum ab intelligentiis moueri uel intelligentia. F. Dixisti si recte memini argumentum aristotelis recte concludere celum esse animatum sed non anima intellectualia per te nec sensitua: rogo te non differas dicere si est animatum secundum principia tui raymundi: & qua anima magno desiderio affectus sum hoc audire Astro. O fidelis supra tibi persuasum reliquisti



aliter animam celi posse saluari si aliqua inconuenientia fuisset  
adducta & ad obiecta responsu quod nunc nunc ponitur sum  
me expleturum. cupio certe audire te iactantem huius scientie  
fundamenta que ex dictis raymundi scaturiunt sed nunc aperi  
rogo animam celi hac uia: & quæ sit si est ostende. Astro.  
Fontem in quam scaturientem uiuum aperiain si ad hec dicta  
Iulii suis prius iactis fundamentis nunc adiciam in altumque  
admodum salientem & inuisum ut uix possit tuo lumine con  
prehendi. F. Placuit anima aduertisse hoc percute uenam  
aquæ huius fontis & scinde; ut resiliat: & bibam ex eo: & non  
siciam si uiua & saliens est ut dicis sicio audire. Astro. Ergo  
oculos claude ne tuum uisum decipiat uel cecet uel obumbret  
claritas fontis. excelens. n. sensibile corrumpit sensum sed men  
tem cleua uerba plura abstracta audies intus plena ueritate ex  
cluso mendacio quoniam abstrahentium non est mendatiu pri  
mo metaphisice. Inquit magister noster raymundus celum est illud  
corpus quod habet magis extensam magnitudinem quam aliud  
corpus: & est de bonitate & magnitudine duratiõe potestate in  
stinctu apetitu uirtute ueritate delectatione differentia concor  
dia cõtrarietate principio medio & fine maioritate & equalitate  
de hiis omnibus est celum sicut probabimus suo loco. F.  
Non uideo quomodo possis probare celum de hiis esse & sic p  
bare animam celi. Astro. Attende si placet: & inspecta tota le  
ge iudica. non ne dixi claude oculos: & mentem cleua cecauit te  
primo magnitudo claritatis. celum dico est de maiori quantitate  
corporalis naturæ & bonitatis & durationis & ueritatis & pote  
statis & aliorum principiorum quam aliud corpus: & celum est  
finaliter ut in inferioribus possint esse fines naturales per ipsu  
sine quo non possent esse: & suus motus est de maiori motu &  
sic de ceteris qualitatibus ipsius & suus motus est principium  
tempus: & suus locus est causa locorum cum quibus omnia alia  
corpora sunt locata: & suus modus est causa modorum corpora  
lium qui sunt in inferioribus & idem est de suis instrumentis  
& hec omnia probabimus cum de tempore dicemus non licet  
ultra disgrede consideratis. n. altitudinibus celi: & naturis sua  
rum patium cum sit causa omnium inferiorum ut supra proba  
tum est: & postea late dicetur. significatum est quod celum sit

quid sit celum



animatum quoniam sicut sol cum suo splendore illuminat diē  
ita oportet quod celum cum sua anima causet in inferioribus  
animam uegetatiuam & sensitiuam : & sicut sol diē absque cla-  
ritate causare non posset ita celum in inferioribus causare non  
posset animam si animam non haberet cum ita sit quod anima  
sit forma & perfectio corporis: effectus autem sine sua pfectioe  
produci non potest igitur celum habet animam cum qua est p-  
fectio & causa anime uegetatiue & sensitiue in omnibus tali ui-  
ta uiuentibus ut in plantis & animalibus brutis. nam arbor ha-  
bet corpus gratia exempli quod est de materia & forma & uege-  
tatiua quæ est sua anima informat & complet formam corporis  
& forma corporis complet materiam corporis & ideo in arbore  
uegetatiua anima est complementum & finis arboris quæ appeti-  
tum habet ad uegetandum. F. Ergo in arbore sunt due for-  
mæ & sic etiam in celo Astro. Sic est: aliter arbor esset de no-  
biliori conditione quam celum causa sua naturaliter quia for-  
ma arboris quæ cum materia arborem facit non habet aliū appe-  
titum nisi ad faciendum cum hac materia substantiam arboris  
& sic de aliis quoniam forma complet materiam adesse hoc un-  
de cum arbor deficata est & in ipsa non est uegetatiua sua forma  
non habet appetitum nisi quod sit tale corpus sed cum uegetati-  
ua est in arbore tunc arbor habet appetitum per uegetatiuam ad  
finem propter quem est ad multiplicandum scilicet suam natu-  
ram & similitudinem celum etiam si non haberet aliam formam  
quam illam cum qua & materia est corpus non haberet alium  
appetitum quam adesse corpus & sic esset minus nobile quam ar-  
bor uegetans. Oportet ergo quod simili modo cum celum sit  
compositum de materia & forma sine quibus non potest esse cor-  
pus nec habere uere motum formam habeat quæ formæ corpo-  
ris sit perfectio quæ anima celi sit ad finem suarum partium &  
substantiarum inferiorum ita quod partes suæ .s. sua bonitas  
& magnitudo & ceteræ sue partes dictæ de quibus est celum sicut  
dicitur cum quid sit celum & de quo sit dicitur non sint imperfectæ &  
uacua sine fine & ociosæ: nequæ appetitu careant ad agendum  
quia celum per se naturalem motum non haberet sine anima for-  
ma eius & materiam perficiente sed esset instrumentum absque  
appetitu sicut martellus est instrumentum clauis qui per se non ha-

*celum est animatum*



beret motum nequæ appetitum ad percutiendum clauum sine manu artificis F. Ex hiis uideor uideri quid sit anima in quo cunque corpore absolute. nam anima isto modo est illa essentia quæ magis generalis est ad finem propter quem id est naturaliter scilicet quæ complet & producit magis effectum quem intendit illud cuius est anima naturaliter: ut gratia exempli uegetatiua in arbore uel in planta est sua anima quia ipsa se habet plus ad finem arboris uel plantæ intentum ab ea naturaliter quã alia pars arboris uel plantæ scilicet ad faciendum fructum: quoniam sine ipsa non compleretur fructus & idem dicendum censeo de anima sensitua in animalibus brutis quoniam maiorem utilitatem habent & digniorem finem consequuntur per sentire quod principaliter & naturaliter intenditur ab anima sensitua quam per aliquid aliud sui. idem est de anima intellectiua in homine. finis. n. nobilior intentus principaliter ab eo est quod ex natura sua habet uim recolendi intelligendi & amandi & omnes operationes suas habet cum libertate & electione: ideo illa essentia quæ magis est generalis ad finem omnium horum in homine est sua anima & illa est anima intellectiua quæ complet & producit magis effectum quem intendit homo quæ principaliter intendit omnes operationes animæ essentiales quas anima in esse producit. Astro. Recte accepisti sed pro maiori euidentiã quod celum sit animatum dico secundum hunc modum quod inter essentiam & naturam est differentia quoniam essentia respectum habet ad constituendum esse sicut humanitas quæ constituit esse hominis: & igneitas esse ignis: & leoneitas esse leonis natura uero habet respectum ad naturandum sicut natura hominis quæ habet & dat appetitum hominificandi: & natura leonis dat appetitum leonificandi & natura ignis habet appetitum calefaciendi: & ignificandi: sed quia ignis non habet animam si etiam celum quod mouet ignem ad naturandum & ad calefaciendum non haberet animam naturam non haberet cum qua ignem moueret ad naturandum & calefaciendum. quoniam forma celi & materia simpliciter alium respectum non habet nisi ad constituendum esse celi sed quia celum habet animam mouet ignem ad naturandum calefaciendum & elementandum qui si quidem ignis sine anima celi non haberet naturam ad na



turandum & calefaciendum: quoniam totus suus appetitus inclusus esset inter suam esse solum & in sua essentia ad effendum hoc quod esset tantummodo: & non exiret sua natura in actum ad extra se quod fit solum ab anima. ergo celum habet animam.

F. Sic esse conuincor: & quod nec sensitua nec uegetatiua sit omnes diserunt: & probasti tu nec intellectiuam esse qualis ergo est anima celi. Astro. Tu nunc: dixisti nec aduertis quod anima est illa essentia quae magis generalis est ad finem propter quae naturaliter est illud cuius est. F. Dixi: & sic est. Astro. Quoniam ergo celum magis consequitur finem propter quae est principaliter & plus facit de utilitate in inferioribus cum suo motu quam cum aliqua alia essentia suarum partium propter hoc oportet quod sua essentia motiua sit sua anima quae ipsum mouet informat & perficit ad finem propter quae est: & celum ita se mouet per se ad finem suum cum sua forma motiua sicut facit arbor cum sua uegetatiua ad uegetandum: & bestia cum sua sensitua ad sentiendum: & attende naturaliter se mouet celum ab oriente ad occidentes cum sua forma motiua: & mouet solem & alios planetas ab occidente ad orientes: & hoc facere non posset si sua anima non esset forma motiua: ideo quia sua forma motiua ita trahit ad suam motiuitatem convenientem motum planetarum sicut uegetatiua in arbore attrahit aquam & terram in quantum ipsas conuertit in suam speciem. adhuc caelum est subiectum sui motus sine nunc momento & tempore: quoniam in se non habet horas dies neque annos: quoniam suus motus totus ita est sine successione temporis sicut est suus circulus sine principio medio & fine. simplex. n. est & unus octauo physicorum & probabitur infra cum de uirtute celi dicitur: & ideo quia non uariat rem secundum aliquid ei inherens: sed solum secundum aliquid extrinsecum in inferioribus causat momenta & tempus successiuum: sed celum hoc facere non posset si sua anima non esset forma motiua quae foret causa motus successiuum multiplicando partes motus quae sunt momenta hora dies & menses & anni. celum est locum in se non habet ad quem se moueat uel sue partes se moueant quoniam si haberet esset aliquid quod discontinuaret naturam circuli. oportet igitur quia se mouet intense & continue circulariter quod illud quod sibi dat huiusmodi naturam



motus sit forma motiua: & nō alia forma quæ suum finem ha-  
beat in suo motu naturali quonā sicut ignis suū habet appe-  
titum ad locum suum naturalem: & ibi quiescere & similiter ter-  
ra ad cētrum: ita celum habet appetitum suum ad suum motū  
circularem: & sua quies est mouere se ipsum absque ubi & cē-  
tro alio: & hoc non accepit auerrois fingens celum esse corpus  
tantum habens potētiam ad ubi & non adesse dicens materiā  
celi esse ens in potentia ad ubi nec mirum cum non potuerit in-  
telligere motus ecentricorum & epicyclorum: qua propter op-  
portet quod celi anima sit forma motiua quæ se moueat per se  
met ipsam: & in se ipsa circulariter absque successione instanti  
& momento: & absque ubi de uno loco ad alium intra suum  
subiectum quod est corpus celi. F. Adde platonium  
hoc in libro de motu celi motum celi nō omnino localem esse  
locum. n. primum non mutat neque totum hinc illuc aliquan-  
do trausit sed partibus quodammodo transeuntibus totum  
interea conquiescit. Altro. Verba sunt platonis recte pbā-  
tia circularem motum. celi/ nullum. n. corpus habens motum  
rectum quiescit a motu suo in mouēdo se sed quiescit cum est  
in loco suo naturali sibi conuenienti ut si esset gratia exempli  
unum foramen in terra usque ad superficiem antipodū graue  
descendens per foramen descenderet usque ad cētrum: & a cē-  
tro nō se moueret naturaliter quia si se moueret naturaliter sua  
ponderositas in leuitatem conuerteretur sed quiesceret ibi tanq̄  
in loco naturali conuenienti desiderato ita celum aliam quietē  
naturalem non habet nisi in mouendo se circulariter: & idco si-  
gnificatum est quod suū centrum siue sua quies est motus cir-  
cularis quē habet quia sua anima est forma motiua in semet  
ipsa quæ formaliter se mouet circulariter & ita probauimus q̄  
celum est animatum de anima motiua uel forma motiua circu-  
lari: & intentio nostra in probādo hoc o fidelis est ut: habita co-  
gnitiōe quod celum est animatū anima motiua circulari astro-  
nomi cognoscāt in suis iudiciis causas quæ i inferioribus cau-  
sant per animam motiuam celi non excedere ea in causando  
quæ mouentur per se uel per accidens quæ. n. per se mouentur  
& naturaliter causare & in eis influere directe quocūque motu  
mouantur, in hiis uero quæ per accidens mouentur sicut sunt



anímæ humanæ: quæ ad motum corporum mouentur causant  
& agunt per accidens: secundum quod disponuntur per corpo-  
ra: in quibus celum suo motu influít directe: quod non esset: si  
aníma intellectuáa esset forma celí: per quam agit. F. Iam  
de fonte hoc bibí: & fere saturatus appetís oculis: & remota ca-  
ligíne mentís: incóueniens deduco: si placet: quod palam sequí-  
tur. Si celum é aníma intellectuáa animatum: per quá agit: quo-  
níam celum sic in anímam nostram directe ageret: cum certe p-  
portionem haberet ad inferiora corporea: & intellectualia p-  
corpus quídem celí ad corpora: & per anímam intellectuáam eius  
ad intellectuales homínium anímam quod inconueniens fidem  
totam christíanam orthodoxam destrueret: & nunc uideo te ad  
obiecta illorum posse respondere: quibus uidebantur probare  
intelligentías mouere orbés. Astro. Recte sapís: neq; áplius  
nobis licet dubitare: quæ sequunt te posse attingere: audí alia for-  
te maíora inconuenientía q; deus scilicet non crearet anímam:  
sed species anímæ eius in aliquo alio præsteret quæ deduco: si  
corpus celeste mouetur a substántia intellectuáli forma celí: quo-  
níam motus celí & corporum celestíum ordinatus est ad gene-  
rationem omníum inferiorum & ad causandum omnia inferio-  
ra: ut sæpe repetitú est ergo necesse q; corpora formæ & motus  
omnium istorum inferiorum procedant ex intentione formæ ce-  
lí substántiæ. s. intelligentis in ídem. n. fertur finís: & intetio agé-  
tis princípális: & sui instrumenti: ita q; celum cum forma sua fit  
causa omnium inferiorum secundum suum motú: quo mouet  
a substántia intellectuáli: ut a forma sua. Agés. n. omne agit per  
formam: & sic celum erit sicut instrumétu intellectuális substá-  
tiæ: siue coniuncta sit: siue ét inhereat: ergo motus oēs & formæ  
oēs corporum inferiorum a substántia intellectuáli sunt causatæ: &  
intentæ sicut a princípáli agente: & a celo sicut instró. oportet au-  
tem q; species eorú quæ causant & intendunt ab intellectuáli  
agente præstát in ipsius intellectu: sicut formæ artificiorum  
p-  
stunt in intellectu artificis. Omnes ergo formæ quæ sunt í  
istis inferioribus: & oēs motus deriuant ab intellectuáli forma ce-  
lí & a celo: aía aut hūana é aliqua forma istorum inferiorum: ergo deri-  
uat a substántia intellectuáli forma celí & a celo: & species eius p-  
stít í intellectuáli substántia forma celí: hoc aut é impossibile cū ex

*q; forma, ali sit substántia*



nihilō a deo immediate creetur anima humana: cuius species in aliquo alio non potest persistere: ut patet ex Fide nostra: & ueritate infallibili. relinquitur ergo quod forma celi nō sit substantia intellectualis. F. Multis mediis utuntur: ponentes celum ab intelligentia uel intelligentiis moueri ut sic esse concludant & etiam probent esse impossibile corpora celestia per se agere in intellectum nostrum: & precipue uenerandus doctor sanctus thomas in tertio contra gentiles precipue capitulo. lxxxii. & lxxxiiii. & rogo equo animo patiaris me ea breuiter adducere. inquitur substantiæ intellectuales inferiores reguntur per superiores: & corpora superiora regunt inferiora: uerbis propriis ipsorum utor: & tu hoc nūc falsus es: & sæpe repetitum dixisti per motum celi factum a forma sua: & quoniam intendit ultimam formam: quæ est intellectus humanus: qui est altior omni forma & cum nihil intendat ultra speciem suam uel proprium gradum sue formæ uel suæ perfectionis: oportet quod forma & anima celi sit nobilior anima humana: talis ergo anima celi erit substantia intellectualis: quæ altior est & nobilior anima humana: cum substantiæ superiores nobiliores sint inferioribus: fit ergo ex hoc talis motus celi a substantia intellectuali tanquam a forma uel anima celi coniuncta uel inherente uni celo uel pluribus: secundum quod plures sunt motus: cum non differat: purum quod a substantia intellectuali fiat.

Astro. Ex huius & similibus quibus utuntur: in promptu apparet inconueniens deductum esse uerum: & sequi formaliter ex dictis quod etiam ipsi ex corporibus celestibus minime posse causari contendunt: quod scilicet corpora celestia sint cause eorum que circa intellectum sunt directe: cum agant secundum propriam speciem in quantum instrumenta & secundum speciem alicuius superioris substantie intellectualis agentis: quæ species est forma sua. diuinæ enim prouidentie ordo est: ut tui concedunt doctores: quod per superiora regantur inferiora: & moueantur. homo autem componitur ex anima intellectuali: & corpore: quod quidem compositum secundum ordinem nature si sic esset inferius est substantia corporum celestium cum sua anima substantia intellectuali: quia corpora celestia nobiliora sunt corporibus humanis: & substantia intellectualis superior quæ est anima celi per te: nobilior est anima hominis: cum illa sit superior: ista uero iste



rior cum ergo superiora regant inferiora directe ordine naturæ  
 homo & secundum corpus: & secundum animam a celo rege  
 retur ordine naturæ & directe: & sic corpora celestia sunt causa  
 eorum quæ sunt circa intellectum humanum naturaliter: quod  
 ipsi deducunt tui doctores pro maximo inconuenienti: sicut est  
 uere. F. Arguunt sic. per superiora ordine naturæ regunt in  
 feriora. intellectus humanus ordine naturæ excellit omnia cor  
 pora. ergo impossibile est quod corpora celestia agant in intellectu  
 humanum directe. Astro. O fidelis error est in consequentia  
 licet sit consequens uerum: si anima celi est substantia intellectu  
 alis: ut tua est opinio: quoniam corpora celestia cum sua anima or  
 dine naturæ excellent omnia corpora inferiora: cum sua anima  
 ut haberent debitam proportionem ad illa ratione superioritatis.  
 corporis & animæ: ut dictum est: ideo celum non mouetur a sub  
 stantia intellectuali forma sua: quoniam anima humana nobili  
 or est celo cum sua anima: quæ non est intellectiua substantia  
 sua libera uoluntate: quæ potestas est & proprietas animæ homi  
 nis excellens omnes celorum proprietates & potestates. F.  
 Omitte queso o Astronome aliquantisper animam celi: & uidea  
 mus uim medii consequens illud uerum deducentis: cum arguit  
 nihil causatur ex motu alicuius agentis nisi in quantum mouet  
 & passum mouetur: quæ ergo sunt animo extra motum non pos  
 sunt esse causata a corporibus celestibus agentibus per motum:  
 sed ea quæ sunt circa intellectum sunt omnino extra motum si  
 cut patet septimo philosophorum: quinimo per quietem a motu ani  
 ma fit prudens & sciens. ergo impossibile est quod corpora celestia  
 sint per se causa eorum quæ sunt circa intellectum. Astro.  
 Dixi consequens hoc esse uerum: sed non formaliter deduci ex  
 medio: quia minor est falsa: non enim ea quæ sunt circa intelle  
 ctum humanum sunt omnino extra motum secluso certe omni  
 motu intellectus hominis uiatoris nequaquam intelligeret de substā  
 tiis seperatis a materia. intelligit enim homo per motum quoni  
 am fantasmata mouent intellectum possibilem: & fantasia est  
 motus factus a sensu per motum sensibilem: obiectum autem  
 intellectus humanæ animæ est fantasma: ideo oportet intelligē  
 tem fantasmata speculari sensus. n. & sensibilia fantasmata ordi  
 nāt uel mouēt sicut a superioribus mouentur: & sic intellectus ab eis



mouetur: non ergo est omnino extra motum: maxime si uerū est quod per eos deducit̄ q̄ intelligentia est illa quæ mouet & agit: quoniā corpus celī non agit principaliter nisi in uirtute superioris agentis intellectualis: quæ quidē p̄portionat̄ ad agendū in hīs quæ sunt circa intellectū directe: aut ergo oportet dicere: q̄ corpora celestia nō agunt p̄ formā intellectuāle: aut intellectū humanū celo subiici. F. Miror admodū quandoquidē nitur̄ istī p̄bare corpora celestia non agere in aīam nostrā: & tam̄ agere in uirtute sue forme substantie superioris agentis intellectualis: quia forte non uiderunt a qua forma mouerent̄: si nō mouebant̄ ex p̄pria natura. Astro. Audi queso quæ ipsi cōtraria deducūt suis dictis. Oportet autem dicunt q̄ omne id quod recipit impressionē alicuius corporis esse corpus uel aliquā uirtutem corporeā: intellectus autē humanus neq; est corpus neque uirtus corporea: ergo &c. hoc certe sequeretur: si corpora celestia agerent & imprimerent̄ secundū p̄p̄riam speciem suā: sed quia agunt: ut inquit̄ ipsi: in uirtute superioris agentis intellectualis recipit ergo intellectus humanus non a corpore celī impressionem: sed ab intelligentia agente superiorī formā celī secundum q̄ pōt agere: & humana anima recipere: quia dixerunt superiorē intelligentiam regere inferiorē: & superiora corporea regere inferiora: hæc autem sunt repugnantia inter se: ergo non est dicendum q̄ corpora celestia influant: & moueant̄ ab intelligentia: quod est deduco ex alio illorū medio sumpto undecimo metaphisicæ: omne quod mouet̄ ab aliquo reducitur̄ ab eo de potētia ad actū: nihil autē reducitur̄ ab aliquo de potētia ad actū nisi p̄ id quod est actu: oportet ergo omne agēs & mouēs eē aliquo mō actu: respectu eorū: ad quæ passum & motum est in potētia. substantia autē intellectuā quæ est aīa celī agēs: est & mouens celū ut asserunt: ergo illa mota erunt intelligentia actu p̄ suā animā intellectuā: sicut dixit aristoteles loco allegato q̄ celū est desiderans & intelligens: intellectus autem noster est in potētia ad intelligibilia actu: ergo possibile est q̄ corpora celestia agant directe in intellectum nostrum: hoc autem deducunt ipsi p̄ incōuenientī: ergo nō sunt mota ab intelligentia corpora celestia: quod erat propositū: p̄terea si corpora celestia agūt in uirtute superioris agentis intellectualis ut in uirtute suæ formæ motiue ipsū in



telligere nostrum non transcēderet speciem & formā cuiuslibet corporis superioris agentis: quia non agunt corpora celestia secundum formam suam corpoream qua sunt hæc: corpora sed secundum speciem suæ formæ substantiæ intellectualis siue inhereat siue iungatur celo & corporibus celestibus .sunt ergo ipsum intelligere nostrum & forma celi per quam agit proportio nata ut unum ab alio possit regi & causari. F. Verum est perfecto quod celum habet animam intellectuam si celum est desiderans & intelligens: maxime. quia nullum corpus per formam suam corpoream potest intelligere: sed per intellectualem tantum: ergo ipsum intelligere nostrum non transcendit speciem: & formam corporum superiorum agentium: quod a nobis reputatur inconueniens. Astro. Sic est: & deducitur illud inconueniens alio medio. Audi: anima nostra secundum quod intelligit: unitur substantiis intellectualibus superioribus: quæ sunt superiores ordine naturæ substantiis intellectualibus inferioribus: quæ a superioribus reguntur uel gubernantur: ut sepius dixerunt. Non enim potest anima nostra intelligere: nisi secundum quod lumen intellectuale inde scilicet a superioribus sortitur: quoniam celum agit in uirtute intelligentiæ superioris suæ formæ: ergo ipsum intelligere nostrum non transcendit speciem & formam cuiuslibet corporis celi. F. O astronome: & si ex hiis sequatur hoc inconueniens: & ideo non sit dicendum: ut opinor: & conuincor hiis rationibus quod intelligentia uniatur corporibus celestibus ut forma mouens & agens: tamen mihi uidetur uerum: quod anima nostra non possit intelligere nisi secundum quod lumen intellectuale sortitur a superioribus a deo scilicet. Astro. Recte opinaris hoc decepit antiquos philosophos Democritum maxime & Empedocle: & stoicos credentes hac ratione: quod sicut transmutatio corporis inferioris sequitur mutationem corporis superioris: ita intellectualis operatio nostra sequeretur corporis celestium motus factos & causatos in uirtute intelligentiæ superioris formæ celi regentis ordine naturæ inferioris intelligentiæ: & mouentis: nec dicebant ipsi antiqui: puti ponitens aristoteles quarto metaphisice & in tertio de anima intellectum nostrum non differre a sensu: ex quo sequeretur quod intellectus noster esset quidam uirtus corporea sequens corporis superioris transmutationem quod nimis absurdum fuisset apud tam sapientes & intelligentes philosophos sed quia



dicebant: ut nonnulli catholici dicunt: celum & corpora celestia animata intelligentiis mouentibus ea: & ratione uera concludebant superiora regere gubernare & causare inferiora omnia secundum proportionem eorum ad inuicem: ita ut corpora a corporibus & intelligentiis ab intelligentiis superioribus regerentur: non habentes aliter cognitionem de deo & angelis substantiis separatis iuxta illud homeri: talis est intellectus in diis & hominibus terraneis: quale in die sui natalis induxit pater uirorum deorumque sol: per ipsum solem totum celum intelligentes uel iouem quem dicebant summum deum: quod stoici sequentes ut dicit Augustinus in quinto de ciuitate dei: & boetius in quinto de philosophica consolatione: ex sententia sua affirmabant: ex impressione tali celesti intellectiones uel notiones intellectuales maxime nobis impium: & inde ex necessitate quadam fatali omnia coordinari: quod profecto esset si anima nostra non transcenderet etiam & uirtutem celi: omnemque eius formam mouentem non excelleret: sed ideo hec positio stoicorum est falsa: cum anima nostra omnia illa excellat nobilitate uirtute gratia & perfectione maxime ex dignitate libere sue uoluntatis: licet enim naturalia omnia & quae a libera uoluntate non dependent ordine naturae: secluso omni libero arbitrio necessario conueniant: quo tamen stante intellectus noster componit & diuidit & libere agit: & comparat suprema ad infima: & eligit: uniuersaliaque & formas simplices potest cognoscere: & forte aliqui homines cognouerunt: quae in corporibus celestibus non inueniuntur: habentes aliquam uirtutem corporibus celestibus altiore & efficacioris ipsis scilicet corporibus celestibus sine intelligentia quae eorum forma sit existentibus: aliter intellectus humanus a superiori illa intelligentia formatus uel dependens & rectus omnia sua & uirtutes omnes talis intelligentie superioris solum habere posset: & non altiores: cum et uirtutes anime humanae omnes & potentiae ab illa superiori dependerent: producerentur: & regerentur: tanquam inferius a suo superiori conueniente: & proportionato: neque causam scientiae nostrae corporibus principaliter attribuerunt antiqui illi: sed intellectum a sensu discernentes sensitivas uirtutes corporibus immateriales immaterialibus attribuerunt in modo dicto: sicut & plato: & aristoteles dixerunt. Quare ex his omnibus concludendum est o fidelis angele quod sicut falsum est manifeste corpora celestia directe



nobis esse causas intelligēdi: ita falsum est manifeste corpora ce-  
lestia esse animata anima intellectiua: & in uirtute illius ut in uir-  
tute formæ agere. causa autem intelligentiæ nostræ primaria est  
deus docens omnem scientiā: ut spiritus sanctus cecinit in psal-  
mis: secundaria uero causa est celum disponens corpora inferio-  
ra per suam formam motiuam nutu dei secundum magis & mi-  
nus: hinc est quod homo unus est magis sciens altero secundum gra-  
tiam dei primo: & secundum celi dispositiones secundo. idē cām  
& rationem nostræ scientiæ Plato diuinus ascribebat ideis: quas  
dicebat ipse esse: rationes cognoscendi uel imitandi essentiā di-  
uinam & esse reale habere & imateriale. aristoteles uero intelle-  
ctum agentem imaterialem asseruit: ita ut scientia quæ non po-  
terat a celo secundum corpus causari: causaretur ab intelligētia  
celi tanquam a proportionato formali secundum conditiones p-  
portionatas superiorum & inferiorum. F. Dixisti o astrono-  
me quod intellectus noster componit & diuidit & libere agit &cæ.  
contra: illa quæ subiacent temporis quod est numerus primi mo-  
tus celestis: & non possunt fieri nisi in tempore: subiacēt celo: &  
causantur ex motibus celestibus: & concedit sanctus doctor in  
tertio contra gentiles capitulo. lxxxiiii. ubi dicit quod intellectus no-  
ster abstrahit a tempore: sicut a loco: modo patet: quod operationi-  
bus nostris intellectualibus adiacet tempus: ex eo quod a fantasia-  
tibus cognitionem habemus quæ determinatum accipiunt tem-  
pus ut octauo physicorum id quod est aliquando in potētia: ali-  
quando in actu mensuratur tempore: ergo intellectus noster non  
omnino abstrahit a tempore: & ut sic subiicitur celo licet forte  
prout componit & diuidit ut dicis tu intelligendo ipsum quod  
quid est abstrahendo scilicet intelligibilia a conditionibus sen-  
sibilium: quod rarissime in actibus hominum euenit: possit a tē-  
pore aliquo modo abstrahere: tamen etiam tunc cum applicat  
intelligibilia prius abstracta ad res: indiget tempore quia non  
semper intelligimus quod prouenit ex alteratione facta circa  
partem sensitiuam: talis autem motus alterationis fit a celo:  
& mensuratur tempore. Astro. Verum est quod argumen-  
tum tuum concludit: certe intellectibus & liberis uolun-  
tatibus nostris adiacet tempus: non enim possumus applica-  
re intelligibilia primo abstracta ad res sine tempore: cum. n. quis



eligit: & libere agit: id facit in tempore: ergo non omnia illa quæ fiunt in tempore: subiacent celo: & sic maior præpositio assumpta in argumento est falsa: licet loco allegato concessa sit.

### FIDELIS.

Posteaquæ o astronome ad obiecta per te responsum est: potes ne tuæ artis siue potius scientiæ principia: & ab antiquis dicta de naturis signorum: & proprietatibus planetarum & qualitatibus aliquo modo probare: licet nulla facultas habeat probare sua principia maxime propter quid ut expresse dicitur duodecimo metaphisice: & a commentatore in quinto commento ibidem: inquit enim Auicena reputat hunc sermonem uerum. scilicet nulla facultas habet probare sua principia: sed absolute dixit quod primus philosophus habet declarare: ut possit dico scientia hec de iudiciis heri uel nominari inter scientias aliquo modo: certe apud præcipuos philosophos astrologia inter mathematicas & primi gradus certitudinis scientias connumeratur: & apud aristotelem ipsum sexto metaphisicæ: & a commentatore ibidem commento secundo: mathematica theoricæ appellatur. inquit enim aristoteles: ut uerbis propriis utatur: modi igitur philosophiæ theoricæ sunt tres mathematica phisica: & theologia iusta illud platonis studium quippe philosophiæ tribus in rebus esse uidetur in speculatione uel actione in rebus gerendis: tertia in ratione ipsa uersatur. Speculatiuæ uero partis quod dicit immobiles primasque causas diuinas theologicum nuncupatur: quod circa stellarum statum: ac circuitum eorum in huius mundi constitutionem naturale: & mathematicum nuncupatur. & commentator: manifestum est quod scientia mathematica est speculatiua: & rerum immobilium siue sint abstractæ a materia siue uon: & post concludit quod modi speculatiue philosophiæ sunt tres rerum mathematicarum. scilicet naturalium: & diuinarum: & nolo reticere pulchrum eius dictum: necesse est inquit quod res immobiles diuinæ sint magis æterne: quam mobiles. diuinæ sunt enim corpora celestia causa horum inferiorum: sed substantia abstracta est causa corporum celestium: ut etiam dicitur duodecimo metaphisicæ per totum sed hec tibi obmitto: non uideo tamen rationem quare dicant astronomi: saturnus sic operatur: uel mars: & circulus tali modo diuiditur: & alia quæ ad introductoriam artem scientiæ spectant. responde si potes. Astro. Maiorem & altiorum



ptē: q̄ meū īgeniū possit exequi: aggressus es o fidelis angele: op  
tas me in medio deficere: ut uideor: sed ne lōgior sim: attēde  
ut fato siue deo ccedēte: postea uerbis si licebit platōis utamur.  
Omnis sciētia est de uniuersalibus: ut per ea sciamus descēde  
re ad particularia utilitatem in se continentia humanam. F.  
Habes tu media uniuersalia ad hec particularia concludenda:  
quæ participant utranq; naturam uel æquent. Astro. Hinc  
inde ab antiquis tradita sunt decem & octo principia cōmunia  
uel uniuersalia scita conuenienterq; reperta in corporibus tā su  
pioribus: q̄ inferioribus ut intellectus per ipsa ualeat ad intelligē  
dum de pluribus exaltari: & de ipsis ratios reddere: nec mirum  
erit decem questiones siue regulas addendo illis: si largitor opti  
mus de suo claro uberimoq; fonte dederit responsa: ne sciētia  
tam nobilis gloriam sue maiestatis enarrans pereat: uel ab indo  
ctis conculcetur. Ideo cum celi enarrēt gloriam dei: ab ipso celo  
inchoabimus: si prius principia sine quibus nullum corpus est  
conuenientia cum celo stellis & istis inferioribus nominemus  
quæ ista sunt: bonitas: magnitudo: duratio: potestas: instinctus  
uirtus: appetitus: ueritas: delectatio: differentia: concordantia cō  
trarietas: principium: medium: finis: maioritas: æqualitas: & mi  
noritas. F. Heccine sunt principia in probatione primæ cau  
sæ & principii mundi adducta: cum eisdem uis ista probare?  
Astro. Ita profecto si media nō deficient cum gratia altissimi  
attamen principia ista ab illis in tribus differunt: quoniam in en  
tibus sensu perceptis loco sapiētie ponitur instinctus: loco uolū  
tatis appetitus: pro gloria hic delectationem habes: attēde si pla  
cet. ad hec sunt nouē subiecta generalia: in quibus totus mūdus  
cōtinet̄. s. deus: āgelus: celū: homo: imaginatiua: sensitua: uegeta  
tiua: elementatiua: instrumentatiua. De deo: & angelis in pposi  
to nihil: sciētia enim illorum nobilioris est generis duodecimo  
metaphisicæ. De celo solum & homine in ipso cætera includen  
do: ut sunt aperte. F. Ita est. in homine quodāmodo reliqua  
sunt. Astro. Dixi notanda uerba decem pono regulas siue  
questiones: quæ uere scibilibus numero sunt æquales utq;: quid  
quare: de quo: quantum: quale: quando: ubi: quomō: cum quo.  
F. Platonī placuit primum de speculātōne dialēctica a diffi  
nitione inquirēdum esse: quid ergo est celum? Astro. Recte



quidem cum non dubitemus celum esse: dicimus celum ē corpus quod habet magis extensam magnitudinē q̄ aliud corpus: & celum habet essentialē magnitudinē bonitatē instinctū appetitum delectationem uirtutem: & cætera principia absq; dico contrarietate essentiali accidentali uero sic: ut patebit infra. potest ergo de ipso & partibus suis: quæ sunt stellæ: planetæ: & signa tractari per questiones nominatas: & similiter de homine: qui est substantia sensualis & intellectualis uel homo est animal cui proprie competit hominificare. F. Quæ nam hec est hominis definitio inaudita quidem. Astro. Declarat hæc si sapiens essentialē & proprietatem rei: cum quattuor enim conditionibus declarantur uel tractantur ista generalia: cum definitione primo ut cognoscatur: & differat a quocunq; alio: cum differentia ne destruat in iudicio faciendo differentia: quæ est inter unū subiectum: & aliud: cum concordantia ut illa conseruetur inter unum subiectum & aliud: cum maioritate quæ quarta est conditio. ut secundum q̄ unum subiectum est maius altius & nobilius alio: ita attribuantur sibi altiora & nobiliora principia: definitiones & regulas: & species regularum seruando & seruando definitionem differentiam concordantiam: & maioritatem ut prædictum est: ideo continuando homo habet essentialē & naturalem bonitatem magnitudinē & cætera principia dupliciter sensualiter & intellectualiter. anima enim rationalis est forma intellectualis informans corpus hominis dans ei humanum esse: & conseruans illud in humana specie & habet essentialiter tres potentias scilicet memoriā intellectum & uoluntatē: quibus cū agit quicquid agit. est præterea corpus hominis uiuens constitutum ex potentia elementaria uegetaria sensitua imaginaria habens motum ad suas operationes per formā predictā quæ quidem potentia habet essentialē & naturales bonitates magnitudines instinctus appetitus uirtutes & cetera principia de quibus potest tractari per decem questiones predictas seruando conditiones quattuor predictas. instrumentaria etiam quodammodo est in homine quia est potentia uel habitus per quem fiunt opera non naturalia sed artificialia: & continet in se tres species scilicet morales & politicas sciētias: artesque mechanicas hæc. n. & suæ species habent bonitatem essentialē & natu.



ralem & cætera omnia differenter una ab alia:secūdam q̄ sunt  
inter se differentes:de istis omnibus tractat artista generalis cū  
decem questionibus regulando se per quattuor conditiones  
generales supra memoratas. F. Hæc omnia concordant cū  
principiis dictis sed non diffinisti alias potentias forte & in istis  
aliqua noua audiam. Astro. Cupis noua audire: uetera au  
dies:arrige ergo aures imaginatiua est potentia siue pars anima  
lis per quam animal imaginatur illa quæ fuerunt corporalibus  
sensibus præsentata coiuictim:uel diuisim:& habet tres potē  
tias sibi coessentialas scilicet memoratiuam appetitiuam & extē  
matiuam:sensitiua est potētia cum qua animal sentit sensibilia  
& habet sex sensus particulares. F. Quid dicis quinque sunt  
sensus. Astro. Nō ne dixi q̄ uetera audies sex sunt:& nume  
ra:uisus auditus gustus odoratus tactus sextus est affatus no  
bilis sensus. F. Sic est nec prius aduertī de ipsis enim poten  
tia ipsa sensitiua uerificatur aperte. Astro. Vegetatiua est po  
tentia per quam fit naturaliter transmutatio de una substantia  
in aliam sicut de pluuia in plantam & de cibo in carnem habet  
etiam hec quattuor potentias attractiuam retentiua digestiua  
& expulsiua. F. Iterum dic quomodo sextus sensus est an  
in homine solo qui loquitur aut in pica quando loquitur addi  
tur sextus sensus. Astro. Noua nunc audis in animali pfe  
cto multa enim animalia sunt non habentia omnes sensus: ut  
patet:sed lingua cōmuniter in animalibus perfectis duo gerit  
officia gustus & uocis: maxime aereis & terreis: Aquatica uero  
muta sunt ut plurimum. F. Sic habeo pcedere. Astro. Iste  
potentiæ dictæ omnes habent essentialiter & naturaliter dicta  
principia absq̄ contrarietate essentiali & de illis potest tractari  
per decem questiones seruando conditiones prædictas. Elcme  
ntatiua est ens naturale uel potentia in elementis per quā elemē  
ta intrant compositiones & existunt & agunt in ipsis elementa  
tis:elementa sunt quattuor ignis aer terra aqua:ex quibus confi  
stunt elemen ata:ista etiam potentia habet bonitatem magnitu  
dinem:& cætera principia cum contrarietate ratioe elementorū  
quæ sunt cōtraria per suas qualitates proprias & appropriatas  
& de illa potest ultimo tractari ut supra seruatis ut supra condi  
tionibus:patet ergo q̄ celū & omnia inferiora in illis p̄icipiis



conueniunt ergo pari ratione conueniunt inter se per primum principium geometricum sed inferiora a se non reguntur ergo a superioribus reguntur cum quibus in tertio conueniunt F. Audiui & habeo dic rogo qualitates proprias & apropiatas. Astr. Profecto in hiis pendet tota uis scientie iudiciorum, nam ut probabo signa & planetae non habent istas qualitates & complexiones elementorum nisi effectiue scimus etiam quod elementa & elementata non agerent: nec possent agere absque superiorum iuuamine ut probabitur: & probatum est ab ipso aristotele in multis locis sed attende: ne ponamus capitulum in capitulo Elementa dico habent propriam qualitatem & apropiatam. ignis .n. est calidus proprie: & siccus per apropiationem: quoniam sibi associat siccitatem. aer propterea habet caliditatem ab igne: & humiditatem propriam ideoque sua caliditas ut inquit Aristoteles remittitur: & temperatur aqua uero suam habet frigiditatem propriam: & humiditatem habet ab aere: terra propriam habet qualitatem scilicet siccitatem quam igni apropiauit: & frigiditatem aqua illi apropiat si .n. sic non esset non fieret aliqua mixtio naturaliter non .n. ex aere fieret ignis: neque terra misceretur aquae: nec igni aliter si caliditas aeris esset sibi propria: neque ulla fieret in mixtis uictoria nec naturalis mixtio habens a praedominio qualitatem aliquam: quare cessaret generatio: & corruptio: ut euidenter probabitur ab aristotele secundo de generatione: & quarto meteororum: & a cometatore ibidem. Dicimus enim quod proprium est magis bonum & magnum magisque potens & uirtuosum quam appropriatum: ideo elementa plus ualent per qualitates proprias quam per apropiatas: facta enim mixtione duorum gratia exempli: quorum alterum sit de natura ignis: alterumque de natura aeris: ignis uincet aerem: & denominabitur complexio ab eo: quia aer calorem habet ab igne. F. Longus erit hic processus: nisi naturas horum per dictiones breues signes tuo modo ab ipso aristotele loco supra enotato alio modo tradito. Astro. Sic apparet: sed si bene aduerteres: coincident: licet uerba diuersa uideantur sed attende hanc doctrinam si placet. F. Placet equidem. Astro.

Nominemus ergo ignem per a: aerem per b: aquam per c: terram per d. F. Profecto recte commemorasti: insequentibus maxime istis opus erit. Astr. Dixi si componatur a & b quod a uincit b: quia b habet



calorem de a & calor de b. habet maiorem appetitum essendi in  
essentia de a quam in essentia de b quia a habet calorem proprium &  
b appropriatum: ideo dico quod cum iuppiter & mars sunt in leone:  
mars vincit iouem per calorem & siccitatem: & per alias qualita-  
tes appropriatas: & licet leo sit masculinus & iuppiter masculi-  
nus: & mars similiter: in nocturnitate tamen vincit: licet ipse sit  
solus: & in aliis suis appropriatis: & dicitur coniunctio mala hoc  
ideo quia complexiones elementorum habent magis generalia  
principia bonitatis potestatis: & uirtutis: quam attributa ex masculi-  
nitate & nocturnitate: cum sint fontes generales: & masculinitas:  
& alia attributa sint specialia: ut infra declarabitur. Ad hec si de  
duabus ut puta herbis equalibus in bonitate: & potestate ex  
quarum una sit de b: & alia de d illa una medicina remanebit  
equalis: quia contrariantur per qualitates proprias: & appropria-  
tas: sed si sumerentur in cibo ab aliqua complexione de b uince-  
retur d: & e contra. Eodem modo dico: o fidelis nota hunc passum  
qui communiter ab astrologis negligitur: si saturnus iungatur io-  
ui in geminis: iuppiter vincet saturnum: & e contra si obuientur  
in tauro. Quare iudicia debent fieri secundum planetam uincen-  
tem. Item alia combinatione de b: & c: b vincit c: etiam si sumens  
esses de natura c: licet tunc non ita fortiter uinceretur: sicut si pa-  
tiens sumens esset de complexione b. quo fit si iuppiter ueneri iun-  
gatur in aquario: & piscibus: tunc fortius iuppiter vincet uenerem  
in aquario quam in piscibus: ulteriusque in combinatione de a: &  
d: in aliqua medicina cum duabus herbis quarum una sit de a:  
& alia de d: dico quod d vincit a: quia siccitas a est naturaliter propria  
d: qui cum sua frigiditate quam habet ab aqua cogit a: de quo sua  
siccitatem recuperat: neque a cum suo calore se defendere potest:  
quia siccitas a maiorem habet appetitum cum d: cum sit propria  
qualitas sua: quam cum a: & isti passus etiam sunt notati a medicis  
in compositione medicinarum: semper enim d: vincit a: etiam si  
patiens esset de complexione a uel de d. licet fortius cum d. quam cum  
a: ut dictum est prius. Similiter est de planctis: si enim saturnus &  
mars iungantur in ariete aut tauro: saturnus semper vincit: &  
nota per istam naturam gratia ioci. Isto tempore inquieto regis  
franciae: si unus conducterius armorum uel miles esset natura-  
liter de Illustrissimo Ducatu Mediolani: & esset stipendiarius



ut ita dicam regis Franciæ si inter eos principes esset bellum: miles ueniret ad ducem: & relinqueret regem: quia natura constellationis suæ naturalis sibi daret naturalem appetitum ad hoc faciendum secluso libero arbitrio: alia combinatio principalis est a c. in qua sunt qualitates contrarie & & pprie & appropriate quæ naturaliter inter se non delinquuntur tamen secundum medium in quo fiunt una deuincit aliam: uel per naturam aliam additam: ut si mars & luna sibi inuicem obuiant in piscibus c uincit a: & si sibi obuiant in sagitario a uincit c: in capricorno autem iuncti mars uincit lunam primo quia una humilitas non potest contra duas siccitates: & secundo luna uincit martem in frigiditate quia una caliditas non potest contra duas frigiditates: & merito talis constellatio dicitur confusa: idest a planetis indenominata quia quilibet planeta esset sic deuictus: nec ex istis conditionibus precise posset astrologus nisi dubia respondere: sed tamen ista conclusio fere non posset euenire quin per alias substantias monstraretur uictoria: & si per omnia esset paria: temperamentum aliquod causarent in rebus sibi propriis & appropriatis: si uero alius planeta de a iungeretur uinceret a: & si de c. uinceret c. & breuiter non a planetis: sed a medio in quo iunguntur fit hec denominatio: quia diceretur frigida sicca constellatio: ut ante dictum est in b d. Reliqua combinatio principalis & est sexta dicitur c d. quæ in frigiditate concordat: & in passiuis contrariatur: & cum eius concordantia est contrarietas æqualis: uerum tamen c. uincit d. per frigiditatem quoniam c. habet frigiditatem propriam d. uero appropriatam: & si planeta de c. & planeta de d. sibi obuiant in signo de b. uincit c d. cum b. cum ita sit quod c. cum b. concordant per humiditatem: & b & d. sint ex toto contraria: & idem sequeretur si fieret obuiatio in signo de d. in qua complexio de c. deuincitur: tunc d. uincit c: & secundum quod fit uictoria ita iudicium debet fieri. Habitis ergo istis sex combinationibus possumus habere eorum principalium conuersas: & sic erunt. xii. quæ. xii. signis attribuntur: ex quibus rationabiliter combinando ostendemus ex uictoriis combinationum quattuor triplicitates resultare circulariter: & sic trianguli erunt in quadrangulis: & e contra circulariter numero simili. F. Profecto hec primarum scientiarum sunt: aperit figuras istas & numeros si placet. Astro. Aperiam inq̄ clario



re figura. sint igitur in figura quattuor termini. a. b. c. d. ignis: aer  
aqua: terra: ex quibus fiunt sex combinatioes rationales: & prin-  
cipales: & sex conuerse principaliu. F. Quorsu hec. Astr.  
ab Alchindo tradita sunt & Ptolomeo: nota combinatioes  
earumq; uictorias ut supra dictum est & habebis quattuor tripli-  
citates: & successionem signorum. xii. in zodiaco. F. Si pla-  
cet aperire hæc omitte quoad de numero planetar; & signorum  
questio fiet. Astro. Placet equidem & rectius ad id pertinere  
uidetur. F. Audiu processum hunc tuu de principiis uideo  
q; oculata fide antedicta principia in istis inferioribus esse aper-  
te tribus illis comutatis: aspicio & celum & stellas quomodo p-  
babis tu planetas & signa esse & influentias nedum numerum  
eoru. Astro. O fidelis certe in omni scientia oportet aliqua  
principia presupponere ut etiam in geometria Euclides punctus  
est cuius pars non est de puncto ad punctum contingit rectam  
linea ducere &c. sunt. n. communes animi conceptus quibus no-  
tis terminis statim intellectus assentit. ita hic o mi angele deduxi  
ista principia tanquam communes animi conceptus: ens. n. & bo-  
nu conuertuntur. bonitas certe in omnibus est nouem subiectis  
antedictis: & magnitudo duratio potestas & cetera principia: ma-  
xime in proposito in septem subiectis de quibus hic considera-  
mus sunt aperte & in celo: similiter ut ad quaesita tua responden-  
do oportebit aperire scito te alia quesiturum: ut paulo ante dixi-  
sti. sed aduerte & considera qua presupponere uolo. ea sunt qua  
oculorum acie conspecta antiquos & habraam ipsum caldeosq;  
& ægyptios in admirationem deduxerunt: uidemus stellas figu-  
rasq; lune diuersas: & solis uariosq; ad nos accessus & recessus  
ex quibus uariu effectus fiunt in nobis: & apud nos in aliis certe  
frigus & estus mirabiles fluxus & refluxus maris: mestruroruq;  
motus: nihil aliud sunt q; influentia: multa possent alia adduci:  
& adducentur postea in proposito: quos uidemus continue effe-  
ctus stellarum mirabiles: & stellas aliquas errantes & non erran-  
tes moueri proprio motu contra firmamentum: errantes quide  
percipimus die uno aliquas notabiliter moueri contra firmame-  
tum: ut lunam uenerem mercurium & Martem saturnum uero  
in duobus uel tribus diebus percipiemus paulo moueri: cu in  
strumentis uero percipiuntur eorum motus in oris. F. O

*propter multu admirarij.*



quenam hec instrumenta? Astro. Multa diuersa geometrica & arithmetica simul: quæ ambæ principaliter seruiunt astronomiæ ut Aristoteles sexto & duodecimo metaphisice. Videntes autem de i super antiqui ægyptii eclipses: & formas stellarum varias in celo figurasque diuersas: propterea quia in ea regione nullis subrexitur celum nubibus ut refert Eusebius & lactantius: admirati considerarunt motum in illis stellis non erratis tardiorē: quas fixas appellarunt: propter motum quem habent simul & tardum: causasque eclipsium magno studio & gratia altissimi opitulante sunt scrutati. Hæc prius Seth quintus filius adæ inuenit: & tabulis lapideis inscripsit: ut testatur Iosephus historicus fidelis. hec Enoc & habraam uident: probauit tales milesius timeusque. Eclipses geometricæ Hermes trimegistus Ptolomeus Gebes & multi post eos demonstrarunt. F. Sufficit ergo quantum ad propositam questionem utrum sint: quæ uisa sunt signa: & planetæ: & stellarum formatae imagines uario modo ex stellis diuersis ab auctoribus supra nominatis oculis conspectæ sunt & a nobis aliquando conspicui possent. Astro. Sic inquam & non mentior: uidi ego anno christi Iesus. M. cccc. lxxii in mense Ianuario in claritate noctis magna stellarum obseruans stellam comatam magnam dictam dominum asponē: tunc in leone apparentem: celo sine nubibus existente cooperanteque claritate tante exaltationis ignitæ. aspexi formam leonis cum ore aperto sine lingua habentisque caudam ad intra costas: uel tibias super dorsum elatam: extremitate eius caudæ protracta ad radicem eiusdem in circulum fere: in qua extremitate situata est stella primæ magnitudinis admodum lucida: stellisque aliis magnis & paruis ita ornate & compositè picta uel lineata forma erat: ut mire pulchritudinis quam humanus describi posset uideretur cogeret quæ intuentem me admodum deum conditorem æternum laudare & admirari: cum actus eius nec currentis nec saltantis nec stantis uideretur: sed ut ita dicam ad omnem motum proptus: ferocitatem obseruans naturalem: non immanitatem. F. Ex his ergo facta est uera ratio quæ sunt. Astro. Ad hæc inquit plato in Epimenide uetusta eos regio aluit qui primi hæc inuenerunt: longam autem ætatē multi consequuti sunt propter æqualitatem aeris serenitatemque: quæ ægyptus maxime atque siria possidet: quare ab initio usque ad hæc tpa innumera



bilibus computata ut dicunt multis q̄ annis examinata: uere nobis tradita sunt: generatione post generationem: ut Iob etiam dixit. F. Heccine mea sunt uel tua? Astro. Vera catolicorum auctoritate firmata nostra arbitror. audi æquo animo: cum prauidissent futurum diluuium Seth aliiq̄ sapientes: scientias & maxime astrologiam lapidibus inscribere: & ut refert Abidenus istoricus. Sossitrus princeps saluare se cupiens cum a Saturno astrologo accepisset maginam uim admodum aquarum futuram ad armeniam nauigio confugiebat naturali instinctu tanquam ad altiore locum: sed aque ipsum in uia oppreserunt: non recte de toto præmonitus: licet deus publica signa de futuro diluuiio in cælo fecisset sua infinita clementia. at Noe scientia astrorum eruditus maxime præmonitus de futuro diluuiio formaliter a deo de tempore & modo Archam miro ingenio & artibus mathematicis fabricatam: ut a sapientissimo Moyse describitur ascendit cum suis iusta dei præceptum: & ad baram uel Parim armenia montem confugit & euasit nutu dei: nauis illa adhuc ut dicit Eusebius pamphili inuenitur in armenia: cuius ligna remediũ hominibus aduersus multos morbos mirabiliter afferunt. F. Quid hec ad rombum. Astro. Vide: audi quã antiqua sit hec scientia: & amicis dei demonstrata: Noe Enoc primo & post habrae: Moyses ergo & nobis esse debet colenda. F. Dic. aures arrigo. Astro. Rursus cum primos homines longis temporibus Moyses uixisse asserat huius rei testes graecorum & barbarorũ istoricos quos nominat iosephus citauit: Nullus inquit breuitatem uitæ nostræ considerans: scribi opinetur tam magno annorum numero Priscos uixisse. uirtutis enim gratia & ut res posteris peritiles gloriosasq̄ relinquerent: & astrologiam geometriamque pariter inuenirent: longa sibi diuinitus uita largita fuit. Moyses rursus & Berosus caldeus qui Caldaice defloruit late uitam habrahe cõscripserunt. decima inquit Berosus generatione post diluuiũ præclarus quidam iustusq̄ uir & singulari celestium doctrina præditus apud Caldeos fuit de patre autem nostro: quanuis non nominet scribit: ut Iosephus testatur capitulo decimoquinto. Hecateus uero librum de habraam scriptum reliquit: plura q̄ hec eadem affir

*habrae a. astro.*



mans Nicolans damascenus etiam multa de eodem scribit: & inter cetera narrat eum petisse ægyptum: cum fame cananea premeretur libentiusque illuc profectum ut ægypti sacerdotes de diis loquentes audiret: illisque meliora tradidit: falsa esse demonstras quæ illi de diis opinabantur: unde factum est ut tanquam graue sapientemque uirum admirati tam ad intelligendum quam ad persuadendum quod uellet paratissimum ducerent: ipse uero arithmetica: & astrologiam eos docuit: cum antea hec ægyptii penitus ignorarent. Alexander uero historicus peritissimus de iudaica historia inquit decima generatione post concussam turrim diuinitus a gigantibus edificatam in Camirine babiloniae urbe quam alii uenie dicunt quod nomen graece caldeopolim significat: natus est habraam: qui sapientia omnibus excelluit a quo astrologia fuit inuenta apud caldeos. Is iusticia pietateque sua sic deo gratus fuit: ut diuino precepto phenices rationem solaris & lunaris motus aliaque astronomica docuerit: unde phenicum regi gratissimus fuit deinde uictis phenicibus fugatisque armis liberato fratuele Loth etiam ab hostibus magna praeda habita migravit in ægyptum uixitque habraam in æliopoli cum sacerdotibus a quo astrologiam sacerdotes illi didicerunt: qui tamen astrologiam non inuenisse: sed ab Enoe per successionem sibi traditam fatebatur.

*atlas ast.*  
F. Immo graeci aiunt athlantem astrologiam inuenisse: hercule supposito sidera fulcit athlas. Astro. Atlantem & Enoc recte hic alexander historicus eundem asserit fuisse: Enoc porro genuit matusalem: qui ab angelis dei multa de eisdem cognouit: & alios docuit. hic Enoc mirae sapientiae uir: & secretorum naturae maximus indagator: ut libri eius demonstrant: fuit. Vide quae de herbis stellis & lapidibus & figuris miro artificio & scientia alta conscripsit: hic integritate pietate & iusticia adeo gratus summo deo fuit: teste Moyses: ut hunc ipsum omnibus scientiis imbutum transmigrauerit ad paradysum deliciarum & uoluptatis terrestem. F. Garris ne o astronome sacrae litterae tenent Eliam cum eo adhuc uiuere: de tertio dubitant. Astro.

*moyses.*  
Credo ego equidem quod deus praeuidens ab aeterno futurum antichristum perfide hominibus predicatum se filium dei esse: & messiam in lege promissum: multaque uia naturali miranda facientem propter quae multi sic esse coniecturabunt: seruauerit cum Elia: Enoc mirabile uirum



eadem naturaliter operantem: ut undique conuinci possit pseudo ille propheta Antichristus. F. Antichristus per artes Negromanticas operabitur: ergo forte ut dicitur in speculo magni Alberti: libri tales deberent conseruari: & non destrui. Astro.

*antichristus.*

Dixit Albertus sine prauiudicio melioris sententiae proderit habere & inspexisse: cum iam tempus prope est: transcat haec: & audi Ortopanum historicum dicentem Ebreos ab habraam dictos quem ad pharetantem aegyptiorum regem migrasse: & astrologiam illi tradidisse: & honores maximos habuisse. Vide quantum antiqua & mirabilis sit haec scientia: quae honoratos & mirabiles homines a priscis regibus sacerdotibus & populis redderet: quid de sapientia Ioseph quam successione naturae sibi reliquit habraam: licet ab aegyptiis didicerit artes liberales: cum patiphares a negociatoribus uenditum habuisset. uide quanta apud pharaonem fecerit in declaratione somniorum: quae licet nutu dei facta sint: ut littera genesis refert: praeter ceteris aegyptiis edoctus erat: Ita ut in scientia augurandi nullus ei similis tunc haberetur propter quae aegyptum annis septem gubernasse fertur a quo Moyses edoctus recedit: cuius tanta fuit sapientia: & doctrina: ut facile omnium rerum causas cognouerit: & maxime in astronomia omnes alios superauit: cuius doctrina multa Orpheus didicit: & Numenius pythagoricus dixit: nihil aliud esse platonem quam Moysen attica lingua loquentem: unde factum esse ait artapanus historicus: ut quali deus ab aegyptiis coleretur propter praedictionem futurorum: & propter litterarum inuentionem mercurium etiam appellatum: licet multa quae fecerat: diuino iussu exequeretur: attamen cum apud pharaonem sapientes magi & incantatores eadem fere facerent scientiis suis: ait Moyses o pharaon ego non despicio scientias aegyptiorum: sed quanto diuina excellentiora sunt humanis: tanto mea omnia ista excellunt & serpenti suo praecipit: ut deuoraret omnes serpentes aegyptiorum: & deuorauit omnes: uide Iosephum Eusebium Lactantium & magistrum istoriarum scholasticarum & multo plura inuenies miranda. F. Memini uidisse Exodi capitulo septimo ecclesiastici: constitui te deum pharaonis: dixit dominus ad Moysen. nimirum ergo si tanquam deus ab aegyptiis colebatur. Astro. Non essentialiter sed nuncupatiue dixit: ut Gregorius

*artapanus.*

*Ioseph*

*Orpheus*

*artapanus*



asserit: nam alibi etiam dicitur deus stetit in synagoga deorum  
inter omnia scilicet essentialiter uero super oia: & cum dixit: ego  
sum deus habraam deus Isach & deus Iacob. F. Hæc ne  
aliquis græcorum antiquorum quæ commemoras tradidit: cum  
hanc scientiã iudei a caldeis phenices a iudeis græci a phenicibus  
accepisse ab antiquissimis istoricis traditum sit. Astro. Cer  
te iuniores: antiochus Doratheus & fronto & Timens Ptole  
meusq; & alii Euclidis stillo hanc præclaram scientiam tradide  
runt: at antiquorum primus omnium græcorum pythagoras: quæ  
tamen multi non græcum: sed sabinum aut sirium aut Tirinũ  
fuisse contendunt: sed hunc græcum ego arbitror: sed phereci  
dem doctorem sirium habuit: nam non eum solum: sed persa  
rum etiam magos: & ægyptiorum diuinatores & brachmanas  
iudeorũ philofophos audiuisse asseritur: sic ut ab aliis arithme  
tricam: ab aliis geometriam: post ab aliis astrologiam: & ab aliis  
musicam: & aliud ab aliis acceperit: a græcis autem nihil cum  
habuisse ausus quispiam est dicere: tanta doctrinæ & bonarum  
artiũ penuria in græcia fuit: anteq̃ pythagoras omnia quæ ab il  
lis collegit summo studio docuerit: & propterea altos meruit ho  
nores a quo prima philosophia processit quam italicam quoni  
am ibi maxime docuit appellare solent. Secunda est quã thales  
unus de septem sapientibus tradidit quæ ionica nominatur: ter  
tia Eleatica dicitur cuius xenophanes collophonius auctor ascri  
bitur. Thalem autem multi non græcum sed phenicem dicunt:  
nonnulli millesium fuisse arbitrantur: quem tradunt ab ægyptio  
rum diuinatoribus pleraq; accepisse: quid in hac sua philosophia  
uerius uel dignius tradidere q̃ quod de astrologia ceterisque  
mathematicis ostenderunt: quid aliud gloriatur Democritus a  
barbaris didicisse: quam linearum demonstrationes: in quibus  
postea nullus sapientum ægyptiorum præualere: uel cum supe  
rare potuit: quid maius quid dignius in se habuere græci uel ex  
cellentius q̃ quæ de celestibus ac diuinis conscribere. talia. n.  
hec sunt qualia propinquiores homines deo reddunt: hinc est  
q̃ mirabilia apolinis respõsa uidebant: & ab idoctis diuina cre  
debant: cū re ipsa nihil aliud quã astronomica essent responsa:  
quo fit ut cõtra eã in primitiua ecclesia nõ nulli niterent: ut testat̃  
porphirius in libro d̃ oracul: & Eusebius in sexti p̃ncipio: cū demo

dorate  
fronto  
timens  
ptolomeus  
antiochus

pythagoras

thales

democritus



nes illi perfidissimi & astuti scientia hac quodammodo media a popularibus & indoctis colerent: quando tamen non scientia sed superbia demonum esset uehementer deprimenda prout aduentu domini nostri Iesu Christi completum est: & ignorantia hominum arguenda. Cōcludo ergo o fidelis questionem si est omiſſis quæ ab Enopide & Endoxo rationibus de zodaico: & formis eius dicta sunt: quia planetæ stellæ: signa: duodecim: & formæ aliæ celestes: & influentiæ eorum esse aperte concluduntur: oportetq; ad uere de rebus humanis & naturalibus philosophandum celestia diuina quæ aperto sensu percipiuntur non ignorare: ut per quendam indum socrati colloquentem athenis responsum fuisse refert Aristoxenes musicus. F. Hec certe omnia magna admodum auctoritate antiqua & noua ratione firmata sunt: nosti ne alios hec tradidisse magne auctoritatis & potentia uiros: ego Pithosium & Necepsem cōmemoro: quorū alter egypti gubernabat imperia: amborumq; prudentiam ad ipsa secreta celestis diuinitatis accessisse: secutoiq; Esculapium in micro genesi: & Anubim: quibus potentissimum mercurii numen istius scientia secreta commisit: Omitto Orpheum Tritodemum aratumq; poetam & achilem prudentissimum appellatum uersibus heroicis secreta astronomia scientie disertissime scribentem: de aristotele ipso quid sentis hec ne ignorauit.

Astro. Placuit admodum o fidelis mi angele hec a te memorata intellexisse: sicuti ego apud non nullos doctrinam illorum accepi: & in mathematicis scientiam mirabilem: iudicia ego aristotelis ab auctoribus dignissimis allegata uidi egregia: neque credo tam egregiam disciplinam & unum hoc præcipuum quod eius diuinum ingenium non fuisset executum reliquisse ipso testante primo metaurorum de formis cæli cū dixit cometam apparuisse ab axis principio: & ascendisse usq; ad zonam orionis: & subeuntem stellam Iouis in geminis: & aliam ad stellam: quæ est in femore canis: quæ non possunt nisi arte & scientia comprehendere uere cum paulo post dixit: q; ex necessitate mundus iste inferior superioribus latioribus est contiguus: ut omnis uirtus inde gubernetur: subiungit. iã uisum est a nobis p astrologica teo remata: q; terra quibusdam astris est minor: & in secundo celi de ordine stellæ dixit: & iã diximus omnia ista in libro nostro qui

enopides  
Endoxi.

Esculapius  
Anubis



uocatur astrologia: & hanc scientiam a deo extollit ut sit mirabile audire: & similiter commentator: licet alibi impugnet quod ignorat: sed iam audi sequentia quia pro completa adunatione dicendorum institui ponere librum rationum in scientia astrorum iudiciali: & ideo cum signa & planetae sint praecipua: in quibus tota ars pendet: primo est soluenda questio quid sit signum: quid planeta. F. Dic inquam ut frugi sis: Quid est signum quid planeta. Astro. Signum dico partem celi in qua incipit primo influentia: & uirtus celi: quae transmittitur ad corpora se mouentia: & mota per illam influentiam & uirtutem: ad operationes naturales: & planeta est stella quae influentiam dictam naturaliter dat corporibus inferioribus: quae per illam influentiam appetitum habent & naturam quae moueant & causent eorum naturas & uirtutes ad operationes naturales: & ad conditiones illis pertinentes: signum etiam stellae & planetae in se habent propriam uirtutem: quae de sua est essentia: & cum illa uirtute inferiores uirtutes elementorum & rerum elementorum in eis quibus uirtus celi est appropriata: ut eorum sit instrumentum cum quo se moueant ad agendum: & cum quo mota sint per corpora superiora: & per hoc uirtus quae uenit de superioribus ad inferiora habet duplex instrumentum proprium & appropriatum: ut puta lux solis & eius motus sua sunt instrumenta: cum quibus ignem mouet ad illuminandum & calefaciendum qui quidem ignis cum illis instrumentis quae de supra ueniunt: se ipsum mouet in se ipso: & in aliis elementis: & elementis: procurando & multiplicando suas operationes naturales per calorem & lucem: & per suas alias proprietates: cum quibus facit omnia quae facit naturaliter dicta ab astrologis: signa ergo sunt stellae: & planetae domini & magistri in inferioribus: qui mouent & disponunt & ordinant euentus & appetitus & motus naturales: & propter hoc corpora superiora dicuntur: & sunt domini: & causae corporum inferiorum: ex uirtute suae animae: ut dictum est: & hoc est quod astronomi prima diuisione sua sic celum diuidunt in signa stellas & planetas &c. & dicunt quod operationes naturales in inferioribus quas sentimus & imaginamur: sunt impressiones corporum superiorum: quae in operationibus suas imprimunt similitudines proprietates uirtutes & naturas: sicut ut ita loquar



pes qui ponit in arena suam similitudinem: per hec & alia dicenda potest doctrina haberi ad cognoscendum corpora cœlestia & ad faciendum de ipsis diffinitiones: cum dictum sit quid sint: & quid habent naturaliter in se ipsis: si prius inuestigabimus id de quo sunt. Accede ergo o fidelis: & uide si hec aliquid in se habet infidelitatis uel erroris. F. Indiget mora: sed age responde questioni de quo sunt signa stellæ & planetæ: de qua materia celum & stellæ: & de quo est influentia: & uirtus: quam ad corpora inferiora transmittunt: uidiſti de materia celi auerroim aristotelem & auicenam. Astro. Mitte Sat habeo: audi si placet inquit Iosephus celum deus super omnia collocauit: ipsumq; ab aliis distinguens in seipso constitutum esse præcepit. in quo posuit solem lunam signa & stellas: celum dico simpliciter in quo sunt signa fixa uel stellæ non erraticæ: & planetæ: quæ sunt partes ipsius celi totalis esse de celestiali forma: & celestiali materia: de quibus est celi substantia: quæ una est de quinque generalibus essentiis. F. Non ne plures sunt essentiæ. Astro. Quinq; sunt in quibus totus mundus continetur: prima essentia est deus sublimis super omnia colendus: secunda intelligentiarum. tertia celi: quarta elementorum: quinta elementatorum: neq; aliter rectius ut arbitror nuncupari potest: & quoniam oportet illam esse de forma & materia: quia corporea & quanta locum occupans: cum omnis actio sit per formam: & sine forma non possit esse ens actu nec actionem habere: nec per consequens etiam si materiam propriam non haberet: celum nec partes suæ dictæ passiones proprias non haberent: cum quibus possent esse causa naturaliter passionum in se & in inferioribus: per naturam & secundum cursum naturalem: quoniam influentiæ quæ de superioribus corporibus ueniunt ad inferiora: si portarent uirtutem & naturam de formis superioribus: & non de materiis superioribus passiones naturales inferiores non haberent appetitum ad passiones superiores & natura esset appetitu uacua per priuationem conuenientem naturæ celi: & partium eius in formalitate: & materialitate cum natura inferiori: pro cuius uacuitatis conuenientia: plurima sequerentur inconuenientia: qm̄ primo sequeretur qd corpora inferiora non haberent cum quo uel in quo naturam suam participaret in quodam formalis & materiali cum quinta essentia superiore: nec



Secūdo corpora superiora haberent cum quo participarēt per passiōes: quoniam una stella in aliam actionem habere nō posset sine passione: & passio in ipsis esse non posset: ab ipsis priuata materia: & sic de aliis inconuenientibus: nā mercurius dictus conuertibilis sine propria materia nō posset habere causam sue conuersionis: nec similiter luna nec alius planeta posset habere causam receptionis influentiarum superiorum: quæ in ipsis recipiuntur per appetitus: & instinctus suos naturales habēt ergo corpora celestia materiam propriam quæ est de eorum essentia: & qua corpora ex tota sua materia cōsistunt per quam possunt esse corpora: cum totam materiæ potentiam forma sua celestis adimpleat: ut non remaneat in ipsa potentia ad aliam formam per consequens: nec in alia materia remanebit potentia ad hanc formam. est ergo probatum corpora celestia esse de celestiali forma & materia: per quas possunt esse corpa. F. Sic est o astro nome. sed inuestigare rursus conuenit de quo ē eorum forma & materia. Astro. Dico q̄ forma & materia celi & stellarum sunt de se ipsis & non de aliis: nam formaliter sunt de substantiali bonitate sua: quod si non esset sequerentur plura inconuenientia: quoniam si celum nec stelle sunt de substantiali bonitate sua: sed accidentaliter quia de altero earum sunt: sequitur q̄ celum nō esset formaliter bonum: sed accidentaliter: & sic substantialis sua bonitas esset sibi mala: quoniam sua substantia non esset bona per suam essentiam & naturam: sed per suam bonitatem accidentalem: & sic accidens per suam essentiam & naturam in celo eēt bonum: & sic nulla substantia esset magis uirtuosa nobilis & potens q̄ suum accidens: ut uerbi gratia iuppiter si non esset bōus per bonitatem substantialem: quæ est una pars suæ substantiæ bonitas quam transmittit inferius causaret bonitates accidentales: & non essentielles: A sic substantiæ inferiores non essent effectus substantialium bonitatum superiorum: sed accidentalium unde sequitur q̄ instinctus & appetitus qui sunt in inferioribus se haberent cum maiori uirtute ad accidentia superiora q̄ ad substantias superiores: quæ sunt dominæ & magistræ & motrices suorum accidentium: ut dictum est & probatum supra. hæc autem impossibilia sunt aperte ut patet intelligenti: ergo forma & materia celi sunt de se ipsis de substantiali bonitate sua: quæ est



pars celi: & nō de aliis. Sed aduerte o fidelis q̄ de illa substantiā  
li bonitate exit una alia bonitas accidentalis: quæ quodāmodo  
est instrumentalis bonitas: cum qua celum bonificat naturales  
bonitates inferiores. F. Ergo per accidentales bonitates uel  
formas influūt. Astro. Attende cum in istis inferioribus sint  
substantialia & accidentalia: necesse fuit in celo ex bonitate sub  
stantiali concipere instrumentalem quæ locum tenerent accidē  
talis: cum qua celum bonificaret naturales bonitates transmit  
tendo ipsis influentiam: & uirtutem sue substantialis bonitatis:  
& accidentalis. F. Sat habeo ut exinde substantias bonificet  
in inferioribus: & earum substantiarum accidentia. Astro.  
Recte concepisti. F. Sunt ne in celo alia principia quæ tu i  
probatione prime cause adduxisti? Astro. Sic certe: imo ad  
probandum de quo est celum: istis principiis uti oportet: & cū  
de bonitate loquor de aliis intellige. F. Accede si placet &  
ostende aliqua. Astro. Ergo obserua recte uerba: quoniam  
probabo celum esse formaliter de substantiali magnitudine du  
ratione potestate: & q̄ in eo sit instinctus naturalis & appetitus  
& uirtus naturalis: & tamen non sit in eo contrarietas per se &  
essentialiter: & arguo primum ex supradictis de bonitate. Quia  
si celum non esset formaliter de substantiali magnitudine: esset  
de accidentalī: ergo esset magis magnum per accidentalem ma  
gnitudinem: q̄ per substantialem. Hoc autē impossibile est: cū  
naturaliter substantia plus habeat de entitate & natura: q̄ accidēs  
aliter non haberet naturam & potestatem extensionis per circu  
lum: ut uidemus. item si celum non esset de duratione substantia  
li maiorem haberet naturam & potestatem in durando per suū  
accidens: q̄ per suam substantiam: & sic duratio substantiæ esset  
sustentata in duratione accidētis: unde ex hiis sequeretur deor  
dinatio in natura: quia substantia sustentaretur in accidente: &  
non econtra. Idem arguo de ceteris dictis: quia si celum nō esset  
de potestate substantiali: & instinctu: & appetitu substantiali: &  
de una substantiali uirtute primo esset magis potens celum per  
naturam accidentalem: q̄ per substantialem: & accidens magis  
potens q̄ substantia: & similiter si instinctus naturalis qui ē uia  
de partibus suis essentialibus non esset substantialis in inferio  
ribus: totus instinctus esset accidentalis: & appetitus & uirtus



omnis: sequitur ergo q̄ sit celum de substantiali uirtute: & aliis  
principiis substantialibus. F. Audiui inq̄ multa illorum eē  
principia. Item partes eorum: ergo habent principium finē con  
cordantiam differentiam quietem & contrarietatem. Astr.  
Non ne dixi recte uerba esse obseruanda. hec quæ dixi p̄cipia  
sunt partes celi essentialis: ut infra aperiam: attēde. celum enim  
quiescere non potest nec contrarietatem habere per se: quia non  
est generabile neq̄ corruptibile: per accidens tamen multe sunt  
contrarietates in celo: in motibus enim inferiorum cōtrariis da  
tur quies media: & si sic non esset ex medio sæpius dicto seque  
retur q̄ celum esset maius per accidens q̄ per substantiam: & ma  
iora essent illa accidentalia & nobiliora q̄ substantialia in celo:  
& sic in se ipso inordinatum esset: & ita suum effectum causaret  
inordinatum: faceretq̄ q̄ ignis arbor homo & alia elementa &  
elementata essent cum maiori nobilitate & perfectione per acci  
dens suum q̄ per suam substantiam: quod est impossibile: & cō  
tra experientiam quam sentimus & imaginamur & intelligimus  
de substantiis inferioribus: & eorum accidentibus. probatum ē  
ergo deo fauente: q̄ celum est de substantiali bonitate instinctu  
appetitu & uirtute & aliis essentialibus & naturalibus partibus  
suis substantialibus: bonitas enim se communicat forme per ac  
tionem in quantum celum est faciens bonum: & per magnitu  
dinem potest magnificare: & sic per ceteras partes suas operari.  
Inuestigabimus modo a quo sunt hec dicta bonitas scilicet ma  
gnitudo instinctus & alia partes celi essentialis. F. Quæ  
nam hec est perscrutatio: & abstractio: non ne omnis bonitas ē  
a prima bonitate: & magnitudo a prima magnitudine & sic de  
ceteris. Astro. Audi & mentem eleua ad dicenda: quoniam &  
instinctum essentialem & appetitum dico a prima causa esse: si  
cut & bonitatem: hæc enim bōitas magnitudo & cetera celi sub  
stantialia ab inferioribus non sunt deriuata generata: nec facta:  
nec creata ab alia magnitudine bonitate: & ceteris q̄ a prima: sed  
deus creauit & fecit unum generale principium eorum: ut causa  
ret omnes bonitates magnitudines & ceteras corporales & na  
turales: inferiores: & ratio quare bonitas est de substantiali ip̄ius  
bonitate & non de aliquo alio est quoniam oportet dare unam  
bonitatem maiorem corporalem & unam magnitudinē corpo



ralem & unam durationem &cæ. que non fit de alio naturaliter aliter esset processus in infinitum dicendo q̄ bonitas celi ē de una maiori bonitate: & q̄ illa maior bonitas esset de alia maiori bonitate & sic in infinitum: & ideo deus determinauit principia generalia ad species sub principiis existentes: aliter per naturam genus non esset supra speciem: neq; species esset supra indiuidua: quod esset inconueniens & impossibile secundum cursum naturalem & potentiam dei ordinatam: est ergo bonitas celi de substantiali ipsius bonitate: & non de aliquo alio materialiter: sed a deo tantum per creationem: & sic de magnitudine & aliis partibus essentialibus de quibus etiam est forma celi. F. Hæc inaudita sunt: potes ne hac uia probare de quo sunt influentiae que transmittuntur de superioribus ad inferiora: accede si potes ad hec.

Astro. Credo equidem posse & id probare: attende exemplum Sigillum quod imprimit similitudines suarum litterarum in cera: similitudines influit in cera: quæ non sunt de essentia sigilli: quoniam sigillum non ponit aliquid de essentia sua in cera: quoniam litteræ quæ in ipso sunt de essentia sigilli sunt: & tamen ab ipso non recedunt: simili modo o fidelis signa celi & planetæ non transmittunt aliquid substantiale uel accidentale de eorum essentiis & proprietatibus & naturis ad corpora inferiora: sed imprimunt in ipsis inferioribus suas substantiales similitudines: quæ sunt influentiæ: quas ad inferiora transmittunt: & illæ influentiæ: inde deductæ sunt de qualitatibus de potentia ad actum in substantiis inferioribus: per superiores substantias sicut per sigillum: ut ita loquar: quod similitudines suarum litterarum deponit in actu in cera: & sic similitudines siue influentiæ quæ de superioribus transmittuntur ad inferiora: sicut similitudines bonitatis appetitus & uirtutis &cæ. mouent inferiores substantias ad educendum in actu formas quas habent in ipsis & hoc est q̄ dicit Ptolomeus: uultus huius seculi subiecti sunt uultibus celestibus: sicut sol qui cum suo splendore magno in estate magnum calorem multiplicat in igne uel per ignem: & sicut luna quæ cum suo cremento & decremento crescere facit & decrescere fontes riuos: & menstrua in feminis: & cancris &cæ. Item appetitus & instinctus in substantiis quæ sunt sub sua constellatione uel sub illa nascuntur: & sic suo modo de aliis constellationibus corporum celestium



sicut saturnus qui quando est in signo in quo habet maiorem potestatem quam alius planeta facit homines natos in sua constellatione graues ad se mouendum: & alter planeta facit agiles. F.

Sic loquendo profecto nihil quod mea sententia iuuari uel defendi non possit adduxisti. Sed si placet responde quare sunt corpora celestia ad ornatum ne & quare influentia? Astro. Iam medium silentium tenent omnia: dormiendum censeo usque mane post audies quae ab altissimo inspirabuntur. F. Lucessit surgit quoad spiritus de largitate sua spirat: responde quare sunt haec?

Astro. Tribus modis hanc questionem considerare possumus. Primo secundum causam & effectum: & sic dicimus quod celum & stellae sunt quia factorem habent deum creatorem qui celum creauit & corpora celestia & influentias: & ideo quia deus est creator est celum & stellae & influentiae: quae sunt effectus & ipsius operatio. Secundo modo sunt per modum formalitatis sicut homo qui formaliter est: quia est de anima rationali & corpore humano formatus: & sic celum & superiora corpora sunt quia formaliter sunt & essentialiter de forma & materia celesti: ut dictum est proxime: si notasti. Tertio modo ratio finis questionem absoluit. homo enim est homo ut recolat & intelligat & diligat deum: & illi seruiat toto corde: & premium aeternum accipiat: sic celum & stellae sunt & influentiae ut substantiae inferiores uiuere possint: sicut panis est ut homines de ipso uiuant: & ut sit generatio & corruptio & priuatio per alterationem uite in mortem: quoniam absque celo & stellis non esset generatio nec corruptio: nequedies neque horae neque tempora anni: neque aliqua operatio naturalis: quoniam absque influentia celi non posset generari elementum ex elementis: ut etiam dicitur secundo de celo & mundo: & primo metaurorum: & alibi: quoniam non esset natura quae moueret instinctus & appetitus naturales ad agendum in substantiis elementatis & uegetatis & sensatis: quoniam principia inferiora sicut ignis plata & homo & similia semet ipsa cogere non possent ad suas contrarias naturas: ignis enim siue iuuamine solis non posset aquam compellere ad calefaciendum: ut carnes in olea calefacierent: cum aqua id agat contra naturam propriam: & ratio huius est: quia aqua concordat: cum terra per frigiditatem & cum aere per humiditatem & ignis per se non posset illam con-



cordantiam destruere duarum frigiditatum & duarum humiditatum: & ipsam mutare in contrarium per calefactionem: absque sole qui plus iuuat ignem ad calefaciendum quam illa duo aquam ad in frigidandum &cæ. Item dicto de aliis similibus propter finem ergo celum & stellæ & influentiæ sunt: ut in inferioribus sunt operationes naturæ. F. Recte credo te concludere hec generalia: dic & responde ad particularia: quæ magis ut dicitur sola ueterum auctoritate consistunt quam ratione: ut puta, quare sunt septem planetæ: & non plures? quare, xii. signa & non plura uel pauciora? Astro. Difficile est particularia attingere: in quibus iubet plato quiescere: sed nutu dei causam uere propinquiore indagabimus: attende. Omnia numero pondere & mensura deus constituit de trinario quanta dicat aristoteles primo de celo omittit: quanta Septenario numero præclara quanta duodenario miranda ordinauerit deus gloriosus & sublimis: quorum tamen perfectam causam habere sui ipsius est: non ceterorum: tamen quantum naturales scientiæ & mathematicæ ostendunt & permittunt. inuestigemus: una ratio est quare sunt septem planetæ solum per naturam: quia septem dies dominus constituit: ab initio: quieuit in sabbato: ergo cepit in die dominico a sole. f. F. Quomodo quieuit in septimo planeta in sabbato Saturni die a sole incoando: non ne superius dixisti in responsionibus plotini ex platonice uerbis sapienter & profunde numerum septem planetarum probari: quare ergo non in numero sed in ordine discordant. Astro. O fidelis attende: pulchra est questio: dies appellati sunt ab uniuerso nomine planetarum: & ordinati: licet uideantur in ordine discrepare: nam luna non sequitur immediate solem: sicut dies lune sequitur diem solis: & sic de aliis: attamen quia, xii. sunt horæ diei: & similiter noctis teste saluatore: non ne, xii. cum sunt horæ diei pariter sunt & noctis: & prima hora dicitur esse planetæ diei: similiterque primæ horæ noctis dominus noctis dicitur: & ita denominantur a planetis dies & noctes: cum ergo initium fuerit a sole diei dominice dominus: fuit sol dominus primæ horæ noctis iuppiter, xiiii. a sole computando per successionem planetarum ordinate: sol uenus mercurius luna Saturnus iuppiter Mars sol uenus mercurius luna saturnus iuppiter sic ergo tertiusdecimus a ioue erit luna: quæ erit domina diei lune: & sic rationabiliter dies lunæ sequitur



diem solis &cæ. Computa & uidebis ordinem dierum secundū  
ordinē planetarū:& denominationem dierum cum denomina  
tione planetarum conuenire uigesimoquinto habeo seruire do  
mino diei sequentis:sicut luna uigesimoquinto a sole:& Mars:  
uigesimusquintus a luna:& sic successiue: quia ut clarius dicā  
dies est. xxiiii. horarum cum nocte. incipiendo a sole. incipiet dies  
lune ab hora lune:& dies martis ab hora martis. F. Ergo  
non plures nec pauciores ex quibus denominatur dies operis  
& quietis domini dei altissimi. Astro. Sic recte ex septimāis  
uero proficiscitur annus mensium. xii. currentium qui ex. lii. eb  
domadibus constituitur apud omnes linguas: licet non quadret  
præcise annum solarem: qui ex. ccclxy. diebus cum quarta diei:  
fere tamen ex earum multiplicatione per septem resultat nume  
rus propinquior quā cum omni alia sectione: nam ex multiplicatio  
ne. lii. per septem fiunt. ccclxiiii. aliter enim longe disparia resulta  
rent: alia ratio est geometrica & arithmetica: cum in numero se  
ptem sint circulariter & complete trianguli in quadrangulis qua  
dranguli in triangulis:& sic denominatio complet denominatio  
nem secundum operationes naturas & influentias: quas ad cor  
pora inferiora transmittunt:& quilibet planeta absque coincisione  
surditate irrationaliter est cum suo triangulo & quadrangulo:  
quod esse non posset nisi in numero septenario planetarū: ergo  
necessario fuerunt septem:& non plures nec pauciores: cōsequē  
tia patet:& antecedens probat: nam posito numero septem pla  
netarū per a b c d e f g circulariter eis septē lateribus dictis fiūt  
quattuor quadranguli per circulum & primus quadrangulus  
componitur ex a b c d. Secundus ex b c d e tertius. ex c d e f. quar  
tus ex d e f g:& complentur latera terminorum cum cōsensu  
ratione & rationalitate absque coincisione & surditate licet cōplē  
do omnes terminos per circulum fierent septem quadranguli:&  
in illis quattuor fierent septem trianguli ut puta primus trian  
gulus in supra dictis terminis erit ex a b c secundus ex b c d ter  
tius ex c d e quartus ex d e f: quintus ex e f g sextus ex f g a septi  
mus ex g a b octauus coincideret cum primo semper:& sic com  
plentur trianguli in quadrangulis & e contra siue sint septē qua  
dranguli siue quattuor siue aliqua surditate: siue a primo incipias  
siue ab alio termino terminantur trianguli in quadrangulis &




e contra per circulū secundū rationales cōmensurationes ab Al  
 chūdo traditas: & ab Euclide in quinto: & maxime in nono p  
 positōe octava & in .x. elemētōꝝ ppositōe. c. vii. ubi pbat q̄ licet  
 sit possibile seriem irrationabilium in īfinitum pducī tñ nō est  
 possibile ullā earū cū p̄cedenti posse cōuenire in tertio & iudicio  
 & hoc est p̄pterea quia ex septenario numero finit. xxi. combina  
 tio rōnalis & utilis quæ in se cōtinet septenariū numeꝝ cōmēsu  
 rabilit̄er uel cōicabiliter cōtra se primum ut patet. posito. n. trigo  
 no potes quadratū p̄portinatū ei describē & ecōtra ex ultima  
 secūdi elemētōꝝ. figure. n. angulares in circulari cōtinent̄ & cir  
 cūscribunt̄ ab ea ex diffinitōe circūscriptiōis in quarto elemēto  
 rū in primis ppositiōibus. possent ēt aliter cōponi: incipiēdo in  
 quadrāgulis a quinto termino & in triangulis a quarto & ex eis  
 fierēt septē quadranguli in septē triangulis utiles absq; irratioa  
 litate ut patet in exēplo & ecōtra. intellexisti o fidelis introspice  
 figurā. F. Video figurā pone exēpla rudis. n. ad ista sum.  
 Astro. Exēplifico alio mō & ponent̄ trianguli in quadrāgulis  
 incipiēdo a quouis terminoꝝ relinquēdo unū in successiōe &  
 numerādo inuenies triāgulos in quadrāgulis & ecōtra sine sur  
 ditate & coincidētia terminorum & nominemus primo per pla  
 netas dicendo nominemus triangulos secundū istū ordinem.

Primus quadran. erit.	Satur.	Mars.	Venus	Luna.
Secūdus quadran.	Iuppiter	Sol.	Mercu.	Satur.
Tertius quadran.	Mars	Venus	Luna	Iuppiter
Quartus quadran.	Sol.	Mercu.	Satur.	Mars.
Quintus quadran.	Venus	Luna	Iuppiter	Sol.
Sextus quadran.	Mercu.	Sat.	Mars	Venus.
Septimus quadran.	Luna	Iuppiter	Sol	Mercu.

Primus triangulus	Satur.	Mars	Venus
Secundus triangulus.	Luna	Iuppiter	Sol.
Tertius	Mercu.	Satur.	Mars.
Quartus	Venus	Luna	Iuppiter
Quintus	Sol.	Mercu.	Satur.
Sextus	Mars	Venus	Luna
Septimus	Iuppiter	Sol,	Mercu.



Octauus cū primo coīcideret : & ideo nō sunt plures nec pau-  
 ciores: Possēt et quis in triangulis a Ioue incipere quod esset idē  
 sicut a quouis alio inciperet seruatis seruandis.



F. Dico astronome non ne trianguli essent in quadrangulis  
 etiam si octo eēt termini uel pauciores quia quilibet terminus  
 facit & triangulum & quadrangulum iuxta exempla dicta & in-  
 terponēdo etiam æqualiter ut tu dixisti. Astro. Ha ha dicis  
 te hec ignorare sic est in omnibus aliis denominatio : tamē qua-  
 dranguli cum triangulo non complet numeri denominationē  
 nisi in septenario numero. nā septē est radix. xlyiii. & multiplicā-  
 do priō. lxxiiii. fiunt. septies quattuor & septē p̄ tertiū fiunt. xxi.  
 & addendo. xxi. &. xxviii. fiunt. xlyiii. cuius radix est septē i quo  
 sunt septem quadranguli & septem trianguli etiam æquilateri ut  
 patet in figura geometrica quæ omnia in nullo alio numero pos-  
 sunt reperiri siue fiant successione terminorum siue interpositio-  
 ne æquali sunt trianguli in quadrangulis æqualiter. F. Cre-  
 do æquidem a maioribus non absq; ratione firmata fore. hec. n.  
 scientia inter alias primas cōputata est & ideo rationibus firma



ta demonstratiuis. Astro. Sic est & meliora & potiora a fundatoribus huius sciētie haberes. Quid si habraā apud caldeos loquentem audiuissemus: ut Iosephus recitat: apud nostros alchindum & Ptolomeum & ceteros: audi aliam rationem quare planetæ non sunt plures. si hec sola ratio non concludit: certe sequens phisice demonstrabit: si placet attende: experimēto cognoscimus & ratione duas esse qualitates actiuas: & duas passiuas hocq; omnes phisici testātur: & q̄ a calido & humido omnis uita consistit: principaliter & actiue a calido: consequēter nutritaliter & passiuē ab humido: maxime ergo frigiditas & siccitas uitæ contraria sunt: ideo oportet q̄ duo planetæ principaliter in actiuitate concordēs sint in caliditate scilicet primo sol & mars: in frigiditate duo luna & uenus: ut actiuitate sua contemperent actiuitatem illorum: duo adiuuantes caliditatē Iuppiter & mercurius frigiditatem qui etiam iuuant cum sua humiditate indirecte uno directe frigiditatem adiuuante saturno scilicet. ita tamen ut caliditas a duobus directe adiuta dominetur: quæ facit pro uita: & quia tres fuissent siccitates cum quattuor caliditatibus: ne ex calido & sicco corrumperetur uel destrueretur mundus: necesse fuit duos planetas ponere iuuantes humiditatem lunæ & ueneris & hii fuerunt Iuppiter & mercurius aerei. sequitur ergo uictoria calidi & humididi p̄ quattuor planetas calidos & quattuor humidos frigiditate & siccitate in tribus remanente fuit ergo necessarium ponere septem planetas & non plures nec pauciores duos igneos duos aereos duos aqueos: & unum terreum: aliter sequitur si octo essent quod qualitates passiuæ ita magnam haberent actionem sicut actiuæ in istis inferioribus: quia si esset terreus tanta esset potentia siccitatis & humiditatis quanta caliditatis: & frigiditatis: & similiter si esset de naturis aliorum aut siccitas aucta esset: aut humiditas: suffocaretur autem calor aucta humiditate aut calor consumeret aucta siccitate: deficienteq; altero istorum planetarū destrueret antedicta ordinatio: & natura passionē heret quā sustinere nō posset destructa ordinatiōe. F. Profecto recte cōcludis cū planetæ sub circulo generatiōis: & uitæ zodiaco. s. p̄cise pambulet: sed dic quare i circulo illo uitæ sunt duodecim signa p̄cise: & quare ita ordinata ut terreū sequat̄ igneū: cū potius sicut i elementis ordo eē de




beret. Astro. Causa numeri huius est: ut possint esse quattuor  
tempora anni: uer estas autūnus & hiems: & quodlibet tempus habeat  
tres menses: ut sit temperamentū cōplexionū in inferioribus per trian-  
gulū & quadrangulū in circulo: sicut quater ter faciunt duode-  
cim: & tres quadrangulos & ideo est unus circulus cōpositus de  
triangulis & quadrangulis: quattuor triangulis existētibus circu-  
lariter in tribus quadrangulis & e cōtra: ut de planetis dictū est geo-  
metrice & arithmetice. hoc autē esse non posset si celū esset di-  
uisum in plura aut pauciora signa quā duodecim: & si aliter celū  
naturā circuli non haberet: neque naturam quadranguli & triangu-  
li: & sic in uirtute deficeret proprietas proportionis: & natura cir-  
culi & trianguli & quadranguli: propter quem defectum nō pos-  
set esse causa circulorum & quadrangulorum & triangulorum  
& aliorum in istis inferioribus existētium. hec autem sunt incō-  
uenientia & contra ea quæ superius dicta sunt & probata sunt:  
ergo duodecim præcise & non plura. F. Hæc ut uideo eis-  
dem mediis deducuntur ergo possent esse septem: ut de planetis  
probatum est. Astro. Non attende sequentia ut bene scru-  
teris prædicta: quia ex denominatione fit denominatio addēdo:  
hic autem multiplicando: neque iudices nisi tota lege perspecta:  
considera sequentia & uide Alchindum in quinta propositōne  
tractatus aurei ad hec confirmanda: proportionēs enim in quat-  
tuor terminis existētibus duodecim modis fiunt. Quare cum  
sint triginta erunt omnes combinatiōes trigesties duodecim ex  
quibus resultat numerus graduum signorum duodecim: & cū  
sint triginta sex utiles: relinquitur quod facies signorum sint ex hac  
diuisione utiliores. considera hæc o mi angele & ad memoriam  
reuoca quæ supra dixisti omittenda: & in quæstione hac de nume-  
ro signorum aperienda. F. Teneo & recte ad hoc attinet:  
Aperi ego figuras & combinatiōes sequentes ex sex supradī-  
ctis combinatiōibus & earum conuersis. Astro. Audi er-  
go cū res ipsa in quattuor terminis deducta sit scilicet ignis aer  
aqua terra signata quidem per a. b. c. d. & nota combinatiōes: ea-  
rumque uictorias & habebis quattuor triplicitates: & signorum suc-  
cessiones: & numerum duodecim in zodiaco.




A	b	c	d		Principales com
ignis	aer	aqua	terra		binationes sunt
Prima	a	b	b	a	septima
secunda	a	c	c	a	octava
tertia	a	d	d	a	nona
quarta	b	c	c	b	decima
quinta	b	d	d	b	undecima
sexta	c	d	d	c	duodecima


Principales com  
binationes sunt  
sex: cōuerse sex &  
sic fiun., xii.



a b concordant in caliditate  
a d concordant in ficcitate  
ergo resultat cōbinatio ignea




b a concordant in caliditate  
d a concordant in ficcitate  
ergo resultat cōbinatō ignea




d a concordant in ficcitate  
a b concordant in caliditate  
ergo resultat combinatio ignea


Ergo ex a, b, d, & ex, b, a, d, & ex, d, a, b, fit triplicitas ignea.



c d concordāt in frigiditate  
d a in ficcitate  
resultat ergo combinatio terrea.



d c in frigiditate  
d a in ficcitate  
resultat ergo combinatio terrea



d c in frigiditate  
a d in ficcitate  
ergo combinatio terrea

Ergo ex, c, d, a, & ex, d, c, a, & ex, a, d, c, fit triplicitas terrea.



Ex aliis combinationibus fit o fidelis angele triplicitas aquea s  
ex d c b: & ex b c d: & ex c d b.

Et triplicitas aerea componitur ex a b c: & ex b c a: & ex c b a ex  
uictoriis qualitatibus elementorum ut supra.

Et si uis nota uictoriam omnium signorum qualiter surgunt ex  
qualitatibus elementorum & habebis signa & numerum & suc  
cessiones eorum cum triplicitatibus.

Primo ex igne aere terra fit aries. Ex igne terra aqua fit taurus.

Ex igne aere aqua fit gemini. Ex terra aqua aere fit cancer.

Ex aere igne terra fit leo. Ex terra igne aqua fit uirgo. Ex ae  
re aqua igni fit libra. Ex aere aqua terra fit scorpio. Ex aqua  
terra igni fit Capricornus. Ex terra igne aere fit Sagittarius.

Ex aqua aere igne fit aquarius. Ex aqua aere terra fit piscis.

**F** Ergo celestia ex elementis componuntur. Astro. Non se  
quitur: sed istae qualitates superioribus attribuuntur: ut dixi su  
pra. aries enim fuit rationabiliter primum omnium signorum: &  
uertex quoniam sol tunc ad nos uertitur: & sequitur signum fixum:  
quonia natura temporis in eo figitur & perseverat ceteris paribus:  
deinde sequitur coequum duplicem naturam habet sapit. n. naturam sequen  
tis signi: ideo mobile signum principium temporis sequentis: quoniam mutat  
naturam partem & auget precedentis temporis: ceteris partibus: & quantum ad  
hoc & ita fit in ceteris partibus circulariter & perfecte maxima soler  
tia ab opifice summo celebratum: & n. successio facta est signorum: ut  
cum concordantia & contrarietate omnia colligantur & perficiantur. fuit. n.  
sic omnia & constant per contraria: ut expressit aristoteles tertia problematum  
problemate primo in ueteri in noua nonadecima particula problemate pri  
mo: ex his duobus natura seruat & constat a calido. s. & frigido:  
ideest complentur omnia: & per contrarietates: ad unum reducuntur: ita aries  
tauro concordat in siccitate & taurus geminis discordat: gemini  
cancer concordat: cancer leoni discordat: & ita per omnia signa circulari  
ter contrarietas uel discordantia cum conuenientia uel concordantia surgit  
ut ex eis omnia perficiantur constent & seruentur. **F.** Si recte meministi dixi  
sti quod a calido & humido uita consistit. Astro. Sic nutritiue. attende  
recte uerba. circulus. n. signorum dicitur circulus generatois & corru  
ptois: & per consequens uitae: circulus zodiacus dicitur a zoe quod est uita uel  
zodias aial dicitur in eo. xii. aialium forme sunt ignis. n. supremum ele  
mentum est & primo actiuum: ideo primum locum in uitae circulo obtinuit



aries terra autem mistionibus minus apta convenienter igni succedit. mouetur enim sursum uirtute eius ad mistionem: aliter. n. terra in mistionibus nunquam ascenderet: maxime aere opulente & aquam ad ascensum disponente: ista propinquitate etiam mouet terra ignem ad descendendum & aqua aerem uirtute zodiaci ita ordinati ad hec omnia inferiora disponenda: ut per eum omnis uita & mistio elementorum & elementatorum coordinetur & coaptetur debite. patet ergo quod aliter non poterat connumerari & coordinari zodiacus misti circulariter in quaternario numero elementatio: ut per appetitum eorum mutuo se trahant naturaliter ad ascendendum & descendendum ut mediante influxu dicti circuli zodiaci fiat terrae et aquae ascensus et ignis & aeris descensus ut etiam grauia in mistis leuibus coaptentur: & econtra prout infra cum de appetitu celi dicitur euidenter apparebit. F.

Quare modo sic signa figurata sunt & nominata: & formae aliae celestes. Astro. Quia sic conditori summo & aeterno placuit has ita formas celestes depingere stellisque ornare ut uultus huius seculi subiecti essent uultibus celestibus propterea homines sursum in celum eas aspicientes admirati nutu dei de formis & conditionibus suis per principia naturalia sibi diuinitus infusa semper diuina sperante sapientia ut suum opus maiestatis suae gloriam enarraret ratiocinati sunt ut Dauid inquit celi enarrant gloriam dei & primus ille pater patrum habraam: qui & pater superiorum corporum interpretatus est adinuenit et iussu dei docuit: ut late dictum est supra. F. Satis profecto haec deducta sunt et rationibus firmata legentibus aliqua cogitanda omittamus quas dixisti saepe proprietates caeli & qualitates superiorum ut parum ante sunt ne in caelo proprietates aut qualitates propriae aut attributae uel appropriatae. Astro. Audi ergo aequo animo et ne titubes si insolita et inusitata uerba et dogmata audies. arripe aures et mentem abstrahentiu considera rectam in caelo dico & in stellis esse qualitates proprias & appropriatas uel attributas & qualitates propriae stellarum sunt earum propria principia ut dictum est: cum de quo sunt stellae inuestigauimus: quandoquidem de potestate bonitate uirtute instinctu & ceteris principiiis esse probauimus: illae etiam qualitates sunt propriae omnibus signis & planetis & stellis: in quantum sunt accidentia quae exeunt de eo



rum substantialibus principiis ut per ea bonificent tam substantias quam earum accidentia in inferioribus. sunt tamen propriae qualitates in omnibus: quia sunt de una bonitate potestate uirtute instinctu & ceteris: aliae uero omnes sunt qualitates appropriatae quae effectiue stellis & planetis: & partibus celi appropriantur uel attribuuntur: sicut malitia quae attribuitur saturno: & bonitas appropriatur ioui uel ueneri: & masculinitas arietii datur: & femineitas tauro: & sic de aliis: & istae qualitates appropriatae duobus modis sunt attributae: communiter & specificiter: communiter: cum aliqua qualitas uel proprietas pluribus attribuitur: sicut malicia quae attribuitur saturno & marti: & bonitas quae est communis Ioui & ueneri & sic de multis ab astrologis positae hinc inde: Specificiter uero qualitas uel proprietas est attributa: cum aliquid alicuius speciei uel alicuius multitudinis uni attribuitur: ut puta plumbum dies sabbati gens Iudeorum quae attributa sunt saturno & appropriata: & stagnum & dies Iouis: & alia quae data sunt Ioui: nullum tamen signum uel planeta ex sua propria qualitate malum facit. Et hoc est quia est de bonitate: & quia bonum & malum contrariantur: sed secundum attributa communia aut specifica: & secundum dispositiones in inferioribus ita operatur bonum uel malum: saturnus enim uel Mars malum operatur cum aceto: in corporibus quibus malum est ut sint macri: & Iuppiter cum aceto operatur bonum hominibus quibus macies conuenit: & hic punctus est bonus pro medicis: si eo sciunt uti. Item alicui conuenit macies: tamen eam introducendo cum rebus saturno appropriatis: Saturnus malum faciet: introducendo autem maciem cum Ioue & iouialibus bonum operabitur: ideo secundum dispositiones quae sunt in inferioribus Idem planeta bonum uni malum alteri facit. F. Exempla aliquando si placet quo ista magis elucescant. Astro. Placet: sol enim sua claritate bonum facit sagittariis ut possint melius uidere feras sagittandas: & malum fecit ceruo uulnerato: & interfecto. Item luna cum saturno herbas iuuat cum humiditate: & mala pro gelu: maxime cum mars ad Saturnum accedit: per siccitatem comburit herbas. F. Habeo: dic quare cum magnitudo sit propria qualitas corporum superiorum: & sit accidens: ut dixisti In quantum exit de substantiali magnitudine eo



rum: & stellarum magnitudo substantialis mouet earum magnitudinem accidentalem: & ita causet similitudinem suam in inferioribus: & substantialem dando: dat etiam accidentalem: & ideo magnitudo superiorum causat magnitudinem inferiorum: inquam dat suam similitudinem substantialem & accidentalem: & propter hoc inferiora occasionata sunt per superiora ut sint magna substantialiter: ut magnae arbores & magni homines: & et accidentaliter: ut sint magni colores & intensi sapes: & sic alia cetera magna: & non parua erunt: hoc autem falsum est & contra experientiam: quia multa sunt parua naturaliter ita quod aliquod animal ita paruum sit quod mirum sit prout de animali reperito in flore buguloxe quem hodie collegimus papiae: responde.

Astro. Haec profecto magnitudo & relatiua est & proportionabilis naturae inferiorum: & sicut dictum est supra: uultus huius seculi subiecti sunt celestibus: & fortius ex supra habitis & ex dictis alchindi in de proiectionibus radiorum habetur: quod mundus hic inferior est exemplum mundi sideris: & nulla substantia uel accidens est hic subsistens: quod suo modo non sit figuratum in celo: ut per hec principia infra probabimus: & a barbato Sancto Hieronymo in epistola ad Damasum papam deductum est: ideo dico quod celum maius est substantialiter & accidentaliter ut supra: omnibus inferioribus & planetis & stellis: & tamen licet totum sit influens magnitudinem: ita tamen relatiua magnitudinem influat secundum proportionem suarum partium: & naturam diuersam earum: & diuisiones suas quod una pars maior alia: sit: id est unus planeta alio: una etiam stella multo maior alia secundum diuersas naturas rerum inferiorum a diuersis superioribus productas: & producatas magna & minus magna producat: ideo antiqui sapientissimi inspirati a summa bonitate: & illuminati uidentes mundalium rerum uarietatem & conditiones a superioribus causatas uidentesque oculata fide & indubitanti geometrica demonstratione magnitudines diuersas in celo: & in stellis magnitudinesque & diuersitates formarum in diuersis partibus diuersimode celum replere: non dubitarunt celum in .xii. partes imaginarie primo diuidere: & in pluribus aliis esse actualiter diuersimode signatum. uideruntque necessariam esse pluralitatem circulorum propter uarios motus planetarum: & uariam maxime elongationem a ter



ra. Quæquidem saluari nõ possunt: nisi uarios círculos ponēdo maiores & minores: cõsideraruntq; diuersas in celo uirtutes nam sol maiorem uirtutem habet q̄ aliqua pars signorum: quia sol indiuisus: & signa indiuisa licet sint maiora: & quous saturnus maiorem habeat circulum: q̄ sol: non tamen habet ita magnam uirtutem in inferioribus: sicut sol: quia sol maiorem habet quantitatem & lucem inquam stella q̄ saturnus: ideo magnitudo superior per suam propriam naturam semper facit inferiora magna omni dimensione: cum causat magnitudinem corporũ per appropriata tamen parua relatiue: & secundum habitudines paruum corporum superiorum ad maiora: & naturas proprias recipientium inferiorum. Ex eadem enim armonia celesti p̄ propria & appropriata producit magnitudo Camelli & agni & formicæ secundum tamen diuersas conditiones in tali armonia & diuersas receptiones in inferioribus: & etiam per appropriata nõ eandem pulchritudinis: magnitudinem uel uirtutis causat: nam in hominis causalitate maiorem uirtutem causat in corde absolute q̄ in pede: & maiorem sensum in oculo uel manu q̄ in pede: sed hoc facit magnitudo celestium secundum naturas quæ sunt in superioribus: & in inferioribus: quoniam cum uno signo aut planeta in tali habitudine causat in inferioribus aliquibus magnam pulchritudinem: & cum alio magnam turpitudinẽ: & ita cum alio paruam uirtutem: & cum alio magnam: sicut. n. ignis facit aquam acquirere naturam sibi contrariam adiutus a superioribus: ita magnitudo superiorum secundum dispositionẽ planetæ signi & naturæ uincētis in superioribus & naturæ substantiarum inferiorum illis proportionatarum facit magnas substantias facere: non ita magnam uirtutem: & nõ ita magnas substantias facere maiorem uirtutem: sicut ficulnea arbor magna quæ non ita magnum fructum facit sicut uitis: & tamen piper econtra minus in quantitate q̄ racemus: & maiorem habet uirtutem. Secundum ergo dicta de magnitudine considerare debemus: quod influentiæ ueniunt per magnitudinem superiorem ad inferiora per signa & per planetas & stellas: & quod magnitudo in inferioribus per unum modum uel habitudinem suam similitudinem causat cum uno planeta uel pluribus: & per alium modum uel armoniam cum alio planeta uel planetis & stellis & signis cau



fabit dissimilitudinem secundum q̄ p̄ exemplum uides de aqua  
quæ per propriam qualitatem suam quæ est frigiditas & cū sa  
turno adiuuante malum facit bladīs per gelu: & per appropria  
tam cum Ioue qualitatem bonum facit bladīs per pluuiam &  
rorem. F. Satis ex hiīs responsum est astrologos posse iudī  
care de magnitudine indiuiduorum speciei hominis: quare ali  
quis ex parentibus paruīs fit magnus: & econtra pulcher uel de  
formis: si nota sit natiuitas: neq; puto deliramenta esse astrono  
miæ particularia: sed subtilia & cognitu difficilia: sed rogo pro  
sequaris responde quia uarietas tanta est in rerum duratōe: una  
enim species multo in natura durabilior erit alia: surgit ne hoc ex  
celo & stellis: præterea loquamur de homine de quo tota uis sci  
entiæ astronomiæ ad cognoscenda sua accidentia maxime uer  
satur: quid est q̄ durat unus homo amplius alio: & multotiens  
uidetur apparenter ex medicinali scientia melius dispositus: &  
tamen minus durabit: & econtra: inquit aristoteles nihil phibet  
langorosas longue uiuere: & quid si in aliis sit similis causa du  
rationis malorum & bonorū: & frigoris & estus &cæ. Astro.

Probabo tibi generaliter ex proprietatibus celi esse: ut durare  
ista & alia faciat diuersimode cum enim duratio sit una pars: &  
natura celi & stellarum: per quā durat & durare facit in corpo  
ribus inferioribus proprietates & naturas: & accidentia: quoniā  
ita durationis officium est durare: sicut magnitudinis magnifi  
care: & suum officium complet uno modo cum signis & p̄ aliū  
modum nō planetis uel stellis aliis: ita q̄ cum bonis facit dura  
re res bonas: & cum magnitudine magnas res: & cum malo ma  
las: secundum conditiones superiorum & inferiorum ut dixi:  
duratio enim celi facit motus etiam durare in inferioribus. Item  
durare facit masculinitates: femineitates: immobilitates dies no  
ctes: & alias proprietates: & naturas quæ sunt in inferioribus: si  
cut cum saturno facit durare malum & operationes suas pprias:  
& appropriatas frigiditates: & scicitats: de die magis q̄ de nocte  
& cum Ioue facit durare bonum & operationes suas proprias:  
& appropriatas: & ita dicto de aliis attributis stellis in libris astro  
nomiæ: & ideo secundum conditiones & habitudines quas ha  
bet cum uno planeta uel stella facit plus & minus durare substā  
tias inferiores: cum in specie cum in indiuiduis: ut puta os: oliuæ



uel testa nucis plus conseruabitur a sua duracione: q̄ granum frumenti: uel caro oliuarum: tamen secundum combinationes particulares duracionis cum signis uel planetis: citius destruetur os oliuæ q̄ caro & ita: testa nucis q̄ nux: duratio celi facit hiemē durare & tempora anni: & secundum diuersas habitudines stellarum & signorum & planetarum diuersimode durant tempora: & unum sapit naturam alterius: & si hoc non esset: sed duratio celi eodem modo influeret semper essent tempora similia similis naturæ: & qualitatis & quantitatis: quod nūquam est ppter diuersas habitudines duracionis cum stellis: & celi partibus & planetis: eadem proprietas durare facit folia in arboribus: pelles in animalibus: & pennas in auibus: & in hominibus sanitates ægritudines diuersimode secundum diuersitatem superiorū & inferiorum: aliquando cum saturno gratia exempli stringit & indurat: cum ioue calefacit & humectat: multiplicat sanguinem: & carnem: cum saturno ossa & neruos memoriam auget: cū sole duratio facit intelligere per calidum & ficum: forte confortando organum intellectus: cum ioue facit amare: cum saturno imaginari: & sic de aliis naturis condictionibus & proprietatibus: cū quibus duratio celi influat cum stellis & planetis: secundum diuersas habitudines & proprietates stellarum: & horum inferiorum recipientium diuersas duraciones & motus in inferioribus ideo nota que particulariter dicuntur in natiuitatibus hominū maxime de his duracionibus cum ad alia particularia transire esset ualde difficile: sufficit o fidelis q̄ etiam illa sub ista celi duracione & stellis continetur: de quibus ab astronomis dictum ē aliquid hinc inde: ut in reuolutionibus annorum mundi: in quibus considerantur omnia uel considerari possunt de uarietatibus aeris & elementorum & elementatorum. F. Audiui quæ dicta sunt per te de istis principiis celi per sapientiam: ego concipio o astronome q̄ potestas celi cum magnitudine: & duracione deberet esse magis magna in masculinitate q̄ in foemineitate semper: quia maiorem habent potestatem masculi q̄ feminae: ut patet in hominibus: & sic in ceteris. Astro. Aduerte sane dixi per sapientiam multa considerari possunt: sed per eam considerabimus nūc q̄ in celo & stellis est potestas naturalis: & essentialis: cum qua signa & planetae habent actionem in corporibus infe



rioribus: & conditiones habent quod proprietates uno modo cum uno signo: alio modo cum alio: & cum bonitate unam: cum magnitudine aliam: cum se ipsa & stellis aliam: & maxime haec diuersa secundum proprietates & naturas inferiorum: & ideo uerum est quod in hominibus potestas celi cum stellis aliis: & cum magnitudine magis magna est in masculinitate quam femineitate: cum secundum conditiones alias & naturas inferiores alias. potestas cum magnitudine & stellis aliis secundum conditiones facit quod aues feræ de rapina uiuentes sunt maiores & potentiores: & e contra in eis que non de rapina uiuunt: sicut in gallo & perdice apparet & in aquila & falcone: feminae enim maiores & fortiores sunt in quadrupedibus etiam diuersimode operantur: in inferioribus superiora: lepores femine maiores: leones masculi maiores sicut saepius dixi. potestas cum magnitudine: ut ita dicam: quia generalia intendo: nunc non particularia: cum saturno substantias facit longas: & subtiles: & non amplas latas constringendo: & in longitudinem trahendo arbores: & homines graciles melancholicos producendo: contrarium huius producit cum Ioue sanguineos homines: arbores uero non altas: nec longas: sed amplas & latas. Iterum audi alium exemplum: quia exemplificare iubes: plumbum plus durat quam ferrum & ferrum est magis durum: & citius consumitur hoc fecit potestas celi cum saturno cuius est plumbum & cum marte cuius est ferrum: potestas eadem cum tauro magis durare facit operationes hominum quam cum ariete: quia taurus fixus aries mobilis. F. Haec sapientia profecto multa quae difficilia uidebantur aperit & planat: potes ne aperire instinctus diuersos in animalibus hac uia. Astro. Ita profecto & credo te id posse iam aperire: sed attende media: signa planetæ & stellæ: ut probaui supra: habent instinctum naturalem quo commouent agentia naturalia in inferioribus ad agendum: secundum cursum naturæ: sicut aries qui habet instinctum ad masculinitatem diuturnitatem mobilitatem caliditatem & siccitatem: & ipsum instinctum habet maiorem in tempore ueris in cedo breuiter hic quia alibi omnes instinctus & proprietates: annotabimus quodlibet signum quilibet planeta quilibet stella habet suum proprium & appropriatum instinctum naturalem & accidentalem: secundum caliditatem frigiditatem humiditatem siccitatem



tatem. Item secundum tempora & secundum principium mediū & finem: ut puta in ascendente stando in ascendendo & descendendo. Item in prima facie signi in secunda in tertia. Iuppiter. n. habet instinctum cum uere: sol cum estate: luna cum hieme: saturnus cum auctumno: cum ponderositate & grauitate: luna uero cum leuitate & sic uariando secundum diuersas conditiones in ascendendo habent unum instinctum in medio alium in descendendo alium & similiter signa secundum facies eorum positas in practica: & ideo in inferioribus instinctus sunt diuersi ex diuersitate naturalium instinctuum superiorum. Instinctus enim celi causant in homine uno in organo intellectus bonum uno modo in alio malum alio modo: similiter magnum intellectum & paruum & similiter masculinitatem & femineitatem: & hæc faciet sol & luna & planetæ magis enim sol facit instinctum intellectus in organo quæ luna & hoc est quod iudicant astronomi de bonitate intellectus in uno in alio non: & in uno doctrinam excellentem. per instinctum celi arbores habent naturaliter instinctum ad faciendum arborum folia quæ flores: & aliqui arbores e contra: & flores ante quæ fructus. Item habent instinctum utendi suis naturis: sicut uitis quæ non uidet & se extendit in arborem propinquam & ligatur ut pondus racemorum & fructuum suorum possit sustentare hoc facere non posset nec haberet absque iuuamine instinctus celi: qui ipsum mouet sicut intellectus hominis: qui hominem mouet ad uirtutem cognoscendam. ita instinctus celi cum dictis propriis & appropriatis facit in animalibus irrationalibus mouendo suos instinctus ad operandum magna & mira: sicut aranæ dedit magnitudinem tibiarum & fortem imaginationem ad tellam faciendam & uulpibus magnam industriam ad uiuendum & formicæ cui dedit ut sciat granum in terra conseruare: quid de miro apum ordine in melle faciundo in domibus structis suis filiis seruandis et rege custodiendo ut et ipse eas apes in pace seruet et a uespis custodiat instinctu celi operante. uide historias animalium ut miranda quæ ex instinctu hoc ueniunt contempleris neque aliunde euenire potest hoc. F. Postquam ista ita monent sensus possunt ne aliquo modo uoluntatem hominis mouere ad hoc uolendum uel illud. Astro. Scias o fidelis quod deus gloriosus creauit animam rationalem et creando infundit in corpus



organizatum aptum ad suscipiendum eam: non dico absolute tanquam tabulam rasam immo cum hac uirtute: ut liberam habeat uoluntatem licet incarcerata & ligata sit ad actum pro tempore ideo dico cum uideamus inferiora omnia appetitibus plena: & inferiora a superioribus regantur ex necessitate quod in celo est naturalis appetitus mouens naturales appetitus inferiores ad finem propter quem sunt: & hoc facit cum signis & planetis & aliis principis propriis & appropriatis: cum ergo uoluntas hominis moueatur naturaliter ad uolendum naturales operationes corporis cum quo anima iuncta est: & illae sunt appetitus inferiores: ergo uoluntas mouetur naturaliter secundum dispositionem naturarum & indigentiarum corporis uerbi gratia uoluntas hominis mouetur ab appetitu inferiori moto a superiori ut cupiat filium ut speciem conseruet: & uult comedere & habet appetitum comedendi uel bibendi secundum complexionis naturam & indigentiam: & idem est de bestiis suo modo. F. Hoc modo mouetur uoluntas sed non cogitur: quomodo appetitus ad tam uaria mouetur a superiori. Astro. Audi exemplum appetitus celi causat & mouet inferiores appetitus ad plura cum pluribus instrumentis & cum multis formis et figuris: quae sunt corpora caelestia & eorum qualitates: & proprietates cum una enim habitudine aliquorum unum mouet appetitum: & cum alia alium: sicut testrix quae panum uel lintheamen magnum facit de auro: in quo plures facit figuras: & facit cum multis instrumentis & diuersis & sic celum cum uno appetitu & masculinitate masculos mouet ad feminas: & cum femineitate mouet feminas ad masculos: & cum mobilitate arietis mouet in uere arbores: ad flores & folia: & cum sole in estate mouet fructus ad maturandum: & cum appetitu sciendi mouet homines ad habendum appetitum ad gladium & securim: & cum appetitu lucrandi mouet homines ad mercaturas & exercitia diuersa: appetitus tamen celi plus mouet uoluntatem memoriam uel intellectum cum Ioue quam cum mercurio: quoniam mercurius est planeta confusus extensus secundum naturam aliam: sed Iuppiter naturam habet specificam & intensam: & idem est de tauro & saturno qui homines plus mouent ad sentiendum magnum & bonum appetitum: quam cancer: & luna: & ideo bonitas & magnitudo appetitus comedendi plus



est per siccitatem in melancolico cum iuuamine tauri & saturni: & in flegmatico est plus per appetitum bibendi cum cancro & luna cum motu: quam cum statione: & sic de aliis homo enim auarus qui naturaliter est de saturno: maiorem habet appetitum ad minorem pecuniam: quam prodigus qui est de geminis & ioue: concludo o fidelis: exempla enim ponimus ut assentiant auditores: per appetitum celi & appetitus substantiarum inferiorum ascendunt & descendunt inferiora & superiora: sicut terra: quae habet appetitum ad ascendendum cum sua qualitate: ut a celo accipiat uirtutem: & cum ipsam acceperit: appetitum habet descendendi: & unus appetitus trahit alterum: & idem de igne & aliis elementis: & hoc facere non posset appetitus inferioris sine iuuamine superiori a quo regatur: quoniam spera aeris transire non permetteret influentias: quae ad terram ueniunt: nec spera ignis influentias quae ad aquam ueniunt propter contrarietatem eorum: sed iaturnus & taurus gratia exempli bonitas magnitudo & aliae naturae celi terram iuuant: & uenus: & luna aquam: & idem dico de appetitibus ignis & aeris qui descendunt eodem modo. F. Habeo: & uideo oculata fide: quare principia dicta aperte sunt in istis inferioribus: quae reguntur a superioribus nutu dei ut habet a sancto Thoma in tertio contra gentiles per longum processum: neque regere possent nisi in dictis principis conuenirent: quodammodo relativa sunt regens: & regendus: sed profecto uerba equiuoca sunt: est ne in celo uirtus uel uitium ut in inferioribus hominibus est. Astro. In celo non est uirtus prout contra uitium distinguitur non enim meritum uel demeritum est in celo: sicut in homine uiatore: sed dico in proposito quare in istis inferioribus elementis & elementatis sunt proprietates manifestae manifestiores manifestissimae & occultae occultiores: & occultissime: quas uirtutes appellamus: tam sensui quam rationi: & ille sapientior est qui plura eorum percipit: ideo cum uidemus has uirtutes manifeste Reubarbarum purgare coleram: & magnetem attrahere ferrum & peoniam uel corallo uel imaginem leonis curare epilexiam dolorem stomachi: uel calculum icimus hoc non est quia calidum uel frigidum: sed quia tali uirtute celesti dotatum: licet & multae uirtutes sint per qualitates primas. ideo dicimus quod in celo & stellis & planetis est uirtus uel proprietas: quae informat mouet &



dísponit uirtutes in inferioribus secundum q̄ in stellis signis: & planetis est diffusa secūdū proprias & appropriatas uirtutes: aī qui enim flores ad solem conuertuntur: & eos aperit: & ab ipso incrementum & uirtutem recipiunt: dísponitq; uirtutem suam ut de potentia educantur in actum. flores autem qui ut ita dicā: sunt de signo imobilí aut potius de ueneris aut lune natura: nō se uertunt ad solem: omnes tamen ab ipso sole uirtutē accipiunt per suam propriam naturam bonitatem magnitudinem & potestatem &c. cū quibus magnū bonum facit: reubarbarū uirtutē habet contra coleram: quæ est de sua cōplexione: & similiter scamonea: quod esse non potest siue uirtute celí: quoniam duæ species unius: & eiusdem complexiónis contrariæ esse nō possunt sine aliquo medio: sed uirtus celí quæ in inferioribus agit cū potestate bonitate & magnitudine & ceteris principiis disponit & ordinat: q̄ cum reubarbaro uel scamonea purgetur colera: cum Ioue & sole & formis ut bonum efficiat: & cum Marte Saturno & informis ut effrenet: & malum operetur. & hic passus ē multum obseruandus a medicis una enim medicina uel consimilis uno tempore exhibita saluat: & alio tempore perimit: uel frenat hoc idem dicit doctor subtilis in secunda dístinctione decima quarta. animaduerte ergo o fidelis quid confert cognitio astroꝝ.

F. profecto res perutilis est. Astro. Attende ergo q̄ ne dum medicina: sed cibus & potus uno tempore propinatus magis calefacit q̄ alio tempore: ubi conueniat constellatio uictoriā faciens cum cibo uel potu. comedens enim carnes cum aleata in constelatione calida & sicca ut puta luna cum Marte in ariete ceteris paribus plus calefiet: q̄ in complexione ueneris in cācro: & ita si maluaticum biberet: quia a uincit b: ut probatum est supra. F. Hinc est ergo q̄ aliquis infirmatur ex rebus calidis uno tempore comestis & alio non. Astro. Ita est ubi cetera sint paria. posset tamen ex aliis causis quis taliter causis calefacientibus resistere: q̄ non infirmaretur licet multum calefieret: magnes præterea: audi ut rationē huius oculi habeas: attrahit ferrum cum uirtute celí: & cum potestate stellarum: & signorū mobilium quæ sunt de complexione eorum: & uirtus maxime stellæ septentrionalis cum magnete attrahit ferrum: & propter hoc uirtus magnetis est quodammodo medium: quæ habet officiū



concordandi uirtutem stellæ septentrionalis: & uirtutem ferri: Plus enim influit suas similitudines celum per maiorem uirtutem quam habet in magnetem: quoniam in ferrum ideo c uincit d quæ est complexio stellæ: & magnetis. audi aliud exemplum pro medicis cubebe sunt de a calidæ siccæ: cerebrum de c frigidū: & humidum: & ruta de a: & oculi de c: cubebe ualent cerebro cōtra c: & ruta oculis contra c: quod tamen esse non posset absq; uirtute celī quæ iuuat a contra c: cum a & c sint præcise opposita: & equalis uirtutis. & iste passus est bonus pro medicis: ut sciāt appropinquare medicinas de a contra c in cōstellatione de a in qua a magnam habeat uirtutē per stellas calidas: & siccas: ut per arietem uenerem martem: & solem. Item sinapis uirtutem habet faciendi fumositatem ascendere ad caput per a ignē & e ascēsum: citionium uero habet uirtutem reprimendi fumositates per d terram: & g descensum: ideo æqualiter deberent agere: sed quia uirtus celī magis cōmunicat sinapī per e quā citionio per g: ideo sinapis habet intensiorem motum ascendendi: & calcificandi caput: & desiccandi quā citionium habeat ad descendendum ad fundū stomachi: præterea citionium sumptū ante pastum stringit uel constipat & post lassat quod facere nō posset absq; uirtute celī: que in eadem uirtute de d creat in inferioribus diuersas uirtutes: & operationes & hoc facit per e: & per g: quoniam uirtus quam habent stellæ per g se cōmunicāt citionio in descendendo & per e in itando: & ideo citionium lassat cum uirtutibus mobilitatis signorum: & constipat cum eorum signorum & stellarum fissione. F. Ergo corpora superiora uirtute sua uniuersaliori mouent & disponunt particulares uirtutes inferiorum. Astro. Sic est, illud enim quod in sua natura perfectum est absq; cōtrarietate intrinseca est uniuersalioris uirtutis: quā illud quod in sua natura non perficitur nisi ex cōtrarietate: corpora autem celestia sunt huiusmodi uirtutes autem uniuersales sunt motiue particularium: ergo celum & corpora celestia mouent & disponunt omnia inferiora: & uirtutes eorum ab eis disponuntur & reguntur: & similiter omnes motus qui sunt in inferioribus reguntur & mouentur a motu superiori: oportet enim primū motus principium esse aliquid immobile: ad quod corpora celestia magis accedunt: quā inferiora: quia nisi una specie motus mouent: amplius



primum in quolibet genere est causa omnium aliorum quæ sunt post inter autem motus omnes primus est motus cæli: ergo motus celi cæ est omnium aliorum motuum solus. n. motus cæli est regularis: & uniformis & prior aliis: tempore solus enim ipse potest esse perpetuus: ut probatur octauo physicorum: & naturaliter est prior aliis: quia simplex est & unus: cum non distinguatur principio medio & fine: sed totus sit quasi medium: perfectione etiam dicitur primus: quia reflectitur ad principium: nec uariatur esse secundum aliquid ei inherens: sed solum secundum aliquid extrinsecum: ideo motus localis est rei iam perfectæ: & inter motus locales circularis est prior: ideo ignis elementa uel elementata non habent uirtutem calefaciendi uel infrigidandi uegetandi uel sentiendi: nisi per se ipsa & in se ipsis: quoniam non est de proprietate sua hoc facere ad extra se sed uirtus cæli per instinctus & cæ. dat illis uirtutem per quam sentire faciunt calorem & frigus & uegetare crescere & nutrire & ceteras uirtutes ad extra producere in actum lapidis. n. uel arbor uel aliud elementatum non habet per se uirtutem quæ uideatur uel tangatur uel ex percussione unius lapidis cum alio audiat percussio: sed per uirtutem cæli hec habent: & idem de aliis sensibus & uirtutibus: obiecta. n. cum uirtute cæli disposita sunt quæ attingantur per uegetatiuam sensitiuam & imaginatiuam: quam uirtutem habent a cælo excitatam & concitatam ad attingendum obiecta: & hinc est quod fiunt generationes & corruptiones & alii motus in istis inferioribus motu cæli: & in hac uirtute multum confidunt astronomi. F. Profecto hæc cum principijs aristotelicis concordant: ut ueritas ipsa iudicat.

Astro. Recte o mi fidelis ueritatem introducis sine qua nihil consistit in cælo: ueritas est per quam signa stellæ & planetæ ueras habent essentias proprietates: & naturas: & ueros motus & influentias: quæ sine ueritate esse non possent ultimum enim est hoc principium omnia concludens: illa quippe ueritas producit in inferioribus ueras essentias: & naturas & proprietates & motus cum aliis cæli principijs ueritas. n. signorum quæ causat cum sole in polo nostro uer. cum sol ad nos ueritur: ueritasque eadem oppositorum signorum causat auctumnum: cum sol ad illa transit: & similiter ceteris partibus causat oppositas ipsorum naturas



& condictiones in æstate: & hieme: & in alio polo ueritas celi signorum & planetarum econtra generat & producit: secundum enim ueritatem situs terrarum in quibus sunt homines: & secundum ueras naturas proprietates: & influentias signorum & planetarum ita tempora generaliter disponuntur in illis: quando enim aries est supra terram: mediolani libra supra terram apud oppositum: ut ita dicam. antipodes & ideo ignis tunc mediolani habet appetitum ascendendi per arietem: & apud oppositos per libram & econtra quando libra est supra nos & aries subtus: & quando taurus est supra ignis appetit ascendere per siccitatem quæ est qualitas igni appropriata: ut habeat concordantiam cum terra in siccitate: & aerem possit compellere ad calorem fortiolem recipiendum ab ipso: & ideo appetitus ascendendi maior est in igne tunc per taurum quam per arietem: & hoc ponit ueritas celi in uere: sine qua illud non esset uerum: quoniam sine ueritate celi ignis haberet semper maiorem appetitum per arietem calidum ascendendi quam per taurum siccum: cum caliditas sit ibi propria & siccitas appropriata ex his significauimus quod elementa habent diuersimode plures appetitus & naturas secundum quod signa: & planetæ circulariter in circuitu terræ mouentur: & sic homines naturaliter secundum situm suum in terra imaginantur quod Antipodes cadant & econtra antipodes imaginantur nos cadere uersus celum & ideo sicut ueritas celi facit uerum esse quod imaginatio habet naturam imaginandi secundum regionem & dispositionem loci in quo est situata: ita facit uerum esse quod corpora superiora influant in inferioribus eorum similitudines secundum loca: & regiones. Ita quod tota terra diuersa diuersimode & eadem recipiat. F. O astro nome uideo in istis inferioribus delectationem multam: & uariam: dependet ne a superiori delectatio inferior. Astro.

Dixi & probaui supra quod omnes motus inferiores causantur a superioribus: & maxime motus: alterationis antecedens ad corruptionem: & generationem: mira in hoc motu percipi es: uidemus enim homines tristes naturaliter in uno tempore absque causa alia apparente & alio tempore hilares: & in uno tempore fortes: & in alio debiles: & in uno tempore sa



nos: in alio infirmos: ideo dico q̄ in celo est delectatio naturalis & multo melius q̄ in elementis & elementatis: quoniam ex signis principis surgit maior & melior delectatio in celo: q̄ in istis inferioribus: quoniam nobiliori & excellentiori modo habent in se principia sua: q̄ aliis comunicent uel participant: & sicut ignis cum iuuamine sui instinctus & appetitus naturalem habet delectationem ad comburendum uel multiplicandum calorem suum. Ita signa & planetæ delectationem habent ad producendas suas operationes: omnia enim operantur: & agunt propter bonum: & finis cuiuslibet rei est in quod terminatur appetitus: & omnia appetunt bonum & gaudent & delectantur sine in quo omnia ordinantur: & illud est deus summum delectabile delectantur. n. & stellæ: & celum in producendo bonum in inferioribus: in quantum sunt de bonitate: & ad faciendum magnum in quantum sunt de magnitudine: & aliqua signa maiorem habent delectationem cum eo q̄ conuenit q̄ cum alio quod disconuenit: ut aries maiorem habet delectationem in uere q̄ in hieme: & cum marte quam cum luna: & cum masculinitate & motu q̄ cum femineitate: & fixatione: & sic de aliis secundum suas conditiones proprietates & naturas: ideo homines: qui nascuntur cum influentis signorum & planetarum conuenientium in naturis suis & proprietatibus magnam in illis delectationem habent & sunt magis hilares q̄ alii: & contra de tristitia natorum in constellationibus planetarum & signorum qui non habent magnam delectationem ad transmittendum suam influentiam: propter disconuenientiam ut puta si aries suam influat uirtutem ad inferiora quando saturnus & uenus iuncta sunt cum eo tunc aries coactus: est influere uirtutem suam ad inferiora: per saturnum & uenerem in qua constellatione. d. uincit. b. & facit tristitias & ploratus: & propterea ille homo qui tunc nascitur non habebit ita magnam delectationem: & gaudium naturaliter sicut si cum ariete mars: & Iuppiter fuissent simul gaudentes: & hec ratio est dictorum supra: & ita est in appetitu comedendi & bibendi: & coeundi: quæ diuersimode appetuntur: & in actum ducuntur per constellationes supra nos insequentes: & ita diuersa produciunt dulcia: & amara: secundum conditiones: & proprietates rerum supra quas influunt: & breuiter omnes delectationes: aut tristitias naturales: sunt conicite per delectationem aut non



delectationem superiorem. F. Procede ad aliud principium per quod res distinguuntur: & differunt: quod differentia dicitur: si differentias omnes celi intelliges: recte te puto posse inferiora cognoscere. Astro. O angede solius dei, æterni est rerum differentias comprehendere: sufficiat nobis indagari quod differentia sit una pars essentialis celi et stellarum siue principium per quod signa stellæ omnes ad inuicem differunt: & sic dictum est: quod torpora celestia non possunt sine naturali potestate: nec durare sine naturali duratione: & ita de ceteris: ita non possunt esse differentia sine naturali differentia celi: quæ causa est differentie in inferioribus effectiuæ. ignis enim differentes calores & siccitates et luces habet per differentiam superiorem: quoniam calor ignis uno modo causatur per martem: & alio modo per calorem arietis: & sic de sole et aliis qui diuersimode calores: et siccitates et luces producant per suas differentias: sicut et saturnus et taurus siccitatem operantur diuersam: et luna et uenus humiditatem et frigiditatem per differentiam quam habent per a. b. c. d. qualitates proprias et appropriatas sicut enim homo semper est in motu alterationis: et locali: mutando se de loco ad locum: et item alia inferiora. ita omnes motus superiores semper sunt in differentia locorum motuum conditionum et proprietatum et quantitatum et omnium illorum que spectant ad eorum essentiam et influentiam quam ad inferiora transmittunt: ut secundum differentiam in motibus superioribus accipiat differentia in inferioribus: et propter hec iudicia astronomiæ sunt difficilia ualde et grauia ad intelligendum maxime particularia: ideo dicebat Ptolemeus debere esse generalia et media: signa. n. in tres partes diuiduntur: quæ facies dicuntur uel decanæ: quia in decem diuiduntur & quelibet pars illarum quæ gradus dicitur habet minutam & minuta habent secundas &c. Ita quod tota pars differentia est pars in partes quo usque deueniat ad unam partem quæ sit de e principio medio fine g. primo dictam in qua sit uerus motus celi uel partis uel partium eius ut tradunt canonistæ: et in illo motu est ueritas iudicii quoniam homo nascitur uel sit questio uel aliud tale: et totum istud facit differentia superior: et plures sunt plures motus in uno iudicio obseruandi: imo in omni iudicio obseruandi: precipue cum sit iudicium de rebus magis generalibus ut sunt natiuitates reuolutiones annorum et cetera similia: et ideo iudicia uirtutem maiorem habent per extensionem: & congregationem motuum stellarum



& complexiónum planetarum: & signorum in quibus sunt ad unam constellationem: & plus habebunt de uirtute & potestate per differentiam superiorem in qua consistit differentia inferior: ita quod omnes res inferiores ita sunt differentes per differentias superiores quod nulla adhuc res potest inueniri quae sit cum alia similis sine aliquibus differentiis: aut aliqua differentia: & propter hoc nemo potest habere talem faciem sicut alter sine differentia: imo neque aliquis pictor depingere posset talem figuram sicut alius: neque pictor idem duas sine aliqua amborum figurarum differentia: & hoc totum est quia differentia superior est magna & successiva in motu: & est causa differentiarum inferiorum: & propter hoc mirantur homines: & mirandum est quoniam una res in istis inferioribus talis esse non potest sicut alia sine aliqua differentia.

F. Dixisti o astronome differentiam omnium horum inferiorum ex differentia stellarum euenire & corporum inferiorum: quomodo dicis concordantiam esse partem celi & unum eius principium differentia: & concordantia in eadem esse non possunt. Astro.

Non recte uerba: & sensum principiorum habes: quoniam si superiora essent continue in omnimoda differentia: nulla concordantia esset in inferioribus: neque generatio aliqua fieret uel amicitia: ideo cum uideamus in istis inferioribus concordantiam: & amicitiam naturalem: elephas enim naturaliter hominem diligit: & errantem ad uiam portus dirigit &c. multa necesse est ponere in celo concordantiam tanquam principium conuenienter repertum in celo: & in istis inferioribus: cum qua signa planetae: & stellae concordantiam habent: & illa faciat inferiorem concordantiam qua mediante concordent ad transmittendum influentias ad inferiora corpora: sine enim concordantia non influerent: nec corpora reciperent: quoniam concordantia quam habent superiora per a. b. c. d. per qualitates attributas: ut quod aries concordet cum tauro in siccitate: & cum geminis in caliditate & similiter cum saturno: & Ioue: & aliis concordantibus generalibus est ut concordantiam habere possint ad transmittendum influentias per concordantiam quam habent per contactus naturales: & propria principia: de quibus dictum est supra quae sunt bonitas magnitudo &c. a. b. c. d. & masculinitas: & femineitas dulcedo color: & alia accidentia: quae naturaliter habent substantiae inferiores: uel inferiora sunt uelut nuntii &



instrumenta: cum quibus superiora corpora inferiora transmittunt  
 & influunt similitudines essentialium principiorum: sicut simi-  
 litudo sigilli in cera: & gratia exempli bonitas: & magnitudo &  
 alia principia: partes ignis sunt substantialiter similitudines boni-  
 tatis & magnitudinis & aliorum principiorum solis: ut ita dicam:  
 sed calor: & siccitas quae realiter sunt de igne non sunt similitu-  
 dines solis: quia sol neque naturaliter neque formaliter est calidus:  
 & siccus: & propterea sol & ignis maiorem habent concordantiam  
 per bonitatem & durationem & per alia principia essentialia: & pro-  
 pria quam per caliditatem: & siccitatem: Quoniam sicut facies filii quae est  
 similis faciei patris de quo est per generationem: & materialiter est  
 magis similis faciei patris sui quam figurae propriae suae quam imprimit in spe-  
 culo: ita corpora superiora & inferiora sunt magis similia per prima  
 principia dicta quam per a. b. c. d. & quam per diuturnitatem: & masculinitatem  
 & cetera similia: & ideo corpora superiora non causant illa  
 principaliter. s. a. b. c. d. & cetera. sed per bonitatem magnitudinem & alia  
 principia: neque causant per essentiam formaliter neque materialiter: sed  
 effectiue tantummodo. Animaduerte ergo o fidelis mi angyele hunc  
 processum: quoniam concordantia superior est fons concordantiae  
 inferioris elementorum: & concordantia elementorum: est  
 fons concordantiae elementorum: & concordantia superiorum  
 transit ad concordandum elementata: per concordantiam simplicium  
 elementorum: & ideo significatum est: quod concordantia  
 de a. b. c. d. est aliquo modo in simplicibus: elementis: ut concor-  
 dantia superiorum transire possit ad elementata particularia: &  
 ita est totus mundus superiorum in concordantia signorum &  
 planetarum per bonitatem: & magnitudinem & cetera ipsorum: sicut per  
 differentiam: quoniam si motus superior non esset semper in concor-  
 dantia non posset esse motus in successione per totum circulum de uno  
 instanti in aliud: & quilibet circulus esset scissus uel diuisus quod  
 est impossibile: & improprium motui circulari celi: & secundum natu-  
 ram circuli naturalis. F. Profecto haec concordantia non conue-  
 nit contrarietati quam habet aries cum cancro: & in celo dixisti esse con-  
 trarietatem: cupio uehementer huius nodi dissolutionem. Astro.

Iam sol est prope occasum: & hora cenae interpellat audi nunc breui-  
 ter unico uerbo: cras deo fauete latius & expressius: sat dictum sit si  
 bene praedixisti, haec contrarietas non est formaliter inter signa caelestia



uel corpora: sed est per a. c. attributa: quia aries: & cancer accipiunt similitudines corporum inferiorum ut suas similitudines influere possint: ut dictum est si recte accipisti: & late nunc aperiam.

F. Iam recreasti spiritus: cena & sompno: responde: & aperiam hanc contrarietatem in celo: & quid operatur. Astro. Attende ergo. Dixi contrarietatem esse in corporibus celestibus per accidens: scilicet per a. b. c. d. qualitates elementales: & per e. f. g. id est per ascensum statum & descensum principaliter primo ut in inferioribus communicare possent: & disponere contrarietates sine quibus in inferioribus non posset fieri generatio uel corruptio neque operatio aliqua naturalis: neque hec contrarietas est in corporibus celestibus ad intra se: quoniam essent corruptibilia: sed hec contrarietas est ad extra se: & subiectum contrarietatis eorum est in inferioribus per qualitates dictas sicut enim fabri ars non est ad intra: suam essentiam: quoniam ars non est de substantia fabri: & ideo clauum uel aliud opus facit extra propriam essentiam & naturam: ita aries: & mars sunt contra geminos & Iouem: & subiectum contrarietatis eorum est in inferioribus per a. b. quae contrariantur per siccitatem: & humiditatem: quae contrarietas est tamen temperata: Quoniam in suo dicto subiecto est concordantia per calorem: & ideo dicitur aliquod esse subiectum contrarietatis: & concordantiae fortunatum secundum quod aries: & Iuppiter gemini & mars sunt causae superioris concordantiae & contrarietatis in inferioribus: ut puta aries: & mars per ascensum scilicet per e sunt contra geminos & Iouem qui illis contrariantur cum g scilicet cum descensu: cum aries: & mars ascendunt tunc magis influunt & formam faciunt: quia in facie illa ascendendi plus est de bonitate & uirtute: & ceteris principiis quam in descensu & in g. Iouis: & geminorum & similiter influeret e geminorum & iouis contra g. arietis: & martis & ideo e arietis & martis colligit hoc quod erat colligendum per e a geminis & Ioue: & destruit quod potest & similiter e geminorum & Iouis destruit quantum potest quod collectum est a g arietis: & martis: quia non habent cum g ita magnam potestatem sicut cum e ueritatem totum destrucere non possunt: quoniam concordantia quae est in a & b de qua sicut dictum est conseruat hoc quod potest: & f quae naturam habet de e & g conseruat utrunque: cum sit medium uel in medio ipsorum:



secundū motus successiōem: & per princípia superiora incipiūt  
in inferioribus omnia scilicet generationis: & corruptiones nati-  
uitates hominum & aliorum animantium & uegetabilium inci-  
piunt formæ: & informæ electōnes interrogaciones instinctus  
& appetitus consuetudines: et cetera rerum princípia edificia na-  
ues mercantiæ et artes et scientiæ quæ omnia sine principio celi  
esse non possunt: et quia diuersa sunt princípia in celo secundū  
differentiam eius ut dictum est diuersificantur omnia inferiora  
príncipe secundum q̄ late in libris astronomorum reperitur: et  
licet non possint omnia hec particulariter exprimi uel compre-  
hendi: uniuersaliter tamen intellectus assentit: et concludit sic eē  
sicut in ceteris scientiis euidenter apparet: ille enim sapientior ē  
cuius intellectus de pluribus exaltatur: omnia uero singularia  
sentire sup̄mæ: et æternæ: et infinitæ sapientiæ est: non nostræ.

F. Quomodo possunt hec quæ dicis fieri: cum quodāmo-  
do ista inferiora particularia excedant numerum: et propria sint  
infinita princípia rerum mundalium maxime cogitationū. ani-  
ma enim una plura potest cogitare q̄ ex toto celo causari possit:  
quid ergo omnes homines: hoc mihi uidetur inconueniens.

Astro. Dixi saepe q̄ hic loquor naturaliter: et q̄ anima huma-  
na habet proprium quid ei a principio creationis suæ annexum  
diuinū non naturale: quod uoluntas libera dicitur diuina boni-  
tate & sapientiā æterna sua animæ infusum cum creat eam ut  
ostenderet deus ipsam supra celos creatam & ex se posse omnes  
uirtutes inferiores uirtute hac libera superare & ipso iuuante si-  
ne quo ad ipsum nihil reuerti potest iusta illud euangelii nemo  
potest ad me uenire nisi pater traxerit illum: hac enim uirtute li-  
bera & uoluntate quecunq; cōtingentiā fiunt uel dicunt. quod  
non aduertentes prisci philosophi mosaica sapientiā nō imbu-  
ti quæcunq; ex necessitate ordinis euenire naturæ auctumaban-  
tur: cum sapientissimus dei filius a patre æterno solertissimus fa-  
bricator constitutus nihil absq; causa inordinatum in rebus reli-  
quisset: & cum tamen liberæ sit uoluntatis liberam tribuens ho-  
minibus uoluntatem: dominus sui operis immensū mutare om-  
nia posset: etiam humana uolūtas ex se influxum contra ire po-  
test: indirecte tamen ab influxu mouetur: ut cogitet secundū ob-  
iectorum dispositiones: quæ mouent sensus finito numero rerū



corruptibilem quæ ignobiliora sunt & minora numero: & quantitate superioribus possint rationabiliter superiora esse causa inferiorum. Attende o fidelis nec te decipiat multitudo rerum corruptibilem: sic certe exigit ordo uniuersi: quod nobiliora quantitate & numero excedant ignobiliora: quæ esse uidentur propter nobiliora: unde oportet quod ista sint quasi per se existètia & incorruptibilia multiplicenturque quantum possibile est ideo uidemus corpora celestia in tantum excedere elementaria: ut quasi hec non habeant quantitatem notabilem in comparatione ad illa: neque nunc hec probantur a Ptolomeo geber & albategni: & aliis: hoc dixit se probasse aristoteles secundo metaurorum: & Auic. in tractatu aureo de uiribus cordis: non debes ergo dubitare celum posse hæc omnia causare: propter multitudinem & multiplicationem rerum mundalium inferiorum: & ut praticemus parumper exemplis uide quomodo ex septem planetis fiunt. cxx. coniunctiones: quanto ergo cum pluribus terminis fient numerosa: si potes. aries cum saturno unum facit principium: cum Ioue aliud: & cum Marte aliud: & sic per cetera signa stellas & diuersa principia fiunt ita quod sicut nos non possumus distinguere illa: neque ista comprehendere præcise & particulariter omnia ualemus: licet multa cognoscantur ut puta quod aries habet unum principium cum a aliud per e: & aliud per g: & similiter de combinatione omnium principiorum ad alia principia & stellarum & planetarum ad stellas: & ad alia omnia quo particularius fieri possit secundum capacitatem hominum. F. Ex his ego concipio quod uniuersale nobis datum est ex quadam necessitate: quoniam omnia singularia sentire est impossibile: & tamen nihil est in istis inferioribus mundanis sine principio: & per consequens sine medio & fine: sentis ne sic o astronome. Astro. Ita inquit sentio: actus enim substantiarum sunt quodammodo medium coniungens potentias & obiecta: absque medio nihil perficitur naturaliter: ideo in celo est medium quod est principium ad media inferiora. F. Ergo illud medium habet principium. Astro. Ita: & finis habet principium alia tamen est ratio finis & principii & medii ut patet ex dictis de principio & que dicentur nunc de medio & fine: in proposito ergo sicut in bonitate celi est bonificatio medium ut ita dicam iter naturam bonificantis & bonificabilis uel bonificatiuitatis & bo



nificabilitatis: ita q̄ illa bonificatio superior causat bonificatio-  
nem inferiorem: & magnificatio est medium inter magnificatē  
& magnificabile: quæ magnificatio causat actus magnitudinū:  
sicut magnum calefacere infrigidare sentire imaginari ampliari  
& sic de similibus: ita per medium superius fiunt complexiōes:  
& concordantiæ in inferioribus: & domus celi: in quibus plane-  
tæ coniunguntur sunt media ad influendum bonitates magni-  
tudines uirtutes superiores ad inferiora: & cetera alia principia  
dicta: & per medium quod est in celo aggregatae sunt stellæ in lo-  
co galaxiæ & zodiaci medio ex quo fiunt regiones habitabiles:  
& per illud mediū celi maxime uirtutes naturales in medio sub-  
stantiarum sunt. **F.** Quomodo in medio substantiarum  
sunt: cum in pilulo sint duæ uirtutes in superficie & in medio: &  
similiter in coriandro: & caule. **Astro.** Medici large & non  
proprie dicunt in superficie: dico q̄ ex medio superiori fit illa uir-  
tus in medio substantiæ partis exterioris: & ita dicunt medici nō  
in corpore: imo dico q̄ medium celi est causa linearūque sunt  
in inferioribus in medio duarum partium: & per consequens cau-  
sa per differentiam differentiæ illarum partium in uirtute: ut su-  
pra dixi: cum de differentia ageretur: est etiam aliud mediū signi-  
ficatum per f. quod est in medio de e g: per quod medium sunt  
signa cōditionata & planetae similiter: natura namq; arietis ex  
natura sui motus per e f g: est iter naturas tauri & pisciū & Iup-  
piter in medio saturni & martis: & sic de aliis: que species mediū  
causat in inferioribus motum qui per media transit: sicut ignis  
transit ad aerem per calorem & siccitatem & ad aquam similiter  
cum ita sit q̄ aer sit medium inter ignem & aquam: & ignis iter  
terram & aerem: & terra inter aquam & ignē: & ideo sunt media  
per a. b. c. d. e. f. g. in inferioribus: per mistiones: & compositiones  
elementorum in elementatis: & similiter medium celi est cā com-  
positionis & unionis corporum: & membrorum & partium eo-  
rum neruorum & ligamentorum: quæ quodammodo sunt me-  
dia coniungentia partes: & componentia animal: ut puta q̄ bra-  
chium alliget humero: & caput collo: & tibia coxæ & cæ: & trū-  
cus alligetur tirso arboris: & folia ramis: & ramus trūcis: & cōclu-  
de q̄ medium pars celi essentialis est causa: & natura quedā que  
cōiungit in inferioribus formas & materias: de quibus sunt sub



stantiæ omnes: sicut primo dixi q̄ actus substantiarum cōiungunt potentias et obiecta: & consequenter o fidelis in celo est finis: unum de suis principis: qui finis est causa finium corporaliū & naturalium: cum signis & planetis bonitate & magnitudine uirtute et aliis principis: quæ sunt partes celi. ita q̄ per finem celi sunt priuationes mors et fines rerum in inferioribus: ut confinia terrarum et regionum de quibus loquuntur astronomi diuersa in esse: et finis qui est perfectio in inferioribus ē sicut in generatione natiuitas hominis: uel fructuum uel animalis: et in mercatura lucrum: in scientia scitum: et in amare amatum: et sic de aliis similibus: et cum simili maiorem perfectionem: ut puta aries maiorem finem perfectionis habet per calorem de a q̄ per siccitatem cum sit maior melior: et firmior per uirtutem et qualitatem propriam q̄ per appropriatam: cum in a siccitas se habet ad finem caloris: cum ergo mars sit iunctus cum ariete: siccitas martis tendit ad finem caloris arietis. et e contra maiorem finem et nobiliorem perfectionis habebit q̄ si Iuppiter iunctus eēt arietis: quoniam tunc Iuppiter haberet appetitum ad priuationem siccitatis arietis. quoniam per humiditatem est cōtra finem caloris arietis: et quando uenus cum ariete coniunctus est tunc uenus est contra finem arietis et magis per frigiditatem q̄ per humiditatem. cum fortius contrariantur per qualitates proprias q̄ per appropriatas. et hinc est q̄ aliquæ res sunt de contrariis finibus & aliquæ de finibus cōcordantibus: & q̄ aliqua tendunt ad unū alia ad contraria: secundum q̄ signa stellæ: & planetæ sunt contra suos fines in complexionibus & aspectibus & influētis: aut secundum q̄ habent concordantiam inter se uel per contrarietatem eorum in finibus per b. c. d. a. e. f. g. & etiam per alia principia quæ sunt in inferioribus: cum aliis quæ sunt supra: & in hoc passu multum consistunt iudicia astronomie quæ omnia debet respicere finem perfectionis aut priuationis rei ut cognoscatur uictoria in complexionibus & constellationibus significantibus rem: quoniam aliquando una constellatio apparenter unum significabit & si bene considerentur contrarietates oppositum iudicabit: ideo arige aures in iudicando. F. Video ex istis solutionem ad multa quæ in inferioribus apparēt: dic mihi si potes quare est q̄ multotiens inter sodales eiusdem professionis humi



liatur aliquis & deprimitur: alter erigitur & sublimatur: cū tamē  
depressus sit longe doctior genere nobilior: & uirtute: immo ex  
tollitur insciens fatuus dominatur astuto & solerti. Astro.  
Hec sunt naturæ miranda: quæ in curiis principum & regum &  
maxime pontificum romanæ ecclesiæ quotidie uidentur: unum  
enim principium est in cælo quod maioritas dicitur: per quã su  
periores substantiæ corporeæ & inferiores maiores sunt q̃ acci  
dentia & nobiliores: ut dictum est supra: & etiam quædã substã  
tiæ maiores q̃ aliquæ aliæ: sicut sol maior ē q̃ luna q̃ mercurius  
& elephas maior ē q̃ equus: & sic de aliis: quæ eueniūt per supe  
riorem maioritatem: per quam potest esse & de facto est in a ma  
ior bonitas magnitudo potestas & uirtus per calorem: q̃ per sic  
citatē: & in b per humiditatem q̃ per calorem: quia una est pro  
pria & alia appropriata: & sic de c. d. e. f. g. & ideo dico in inferio  
ribus causant maioritates substantiarum: & accidentium p̃ ma  
ioritates superiores quæ essentialiter non insequuntur nobilita  
tem generis uel scientiam astutiam solertiam uel fatuitatē: licet  
aliquando eadem constellatio celi maioritatem & scientiã asso  
ciet in eodem: ut in Sisto pōtifice: ut plurimum tamen ubi mini  
mus intellectus: ibi plurima fortuna: & e contra ubi plurimus i  
ntellectus ibi minima fortuna: quia raro in ambobus quid bene  
fortunatur: & ita debet intelligi aristoteles ibi aries. n. maior est  
per martem q̃ per saturnum: & per solem q̃ per uenerē: & sic de  
aliis secundum enim conditiones signorum & planetarū ma  
iores: & præstantiores: ut scribitur in natiuitatū libris in quibus  
plures superiores maioritates concurrunt habent homines di  
gniores natiuitates: & per consequens maiores appetitus ad ma  
iorem bonitatem: & magnitudinem q̃ ad minorem: & ad maio  
rem prosperitatem q̃ ad minorem: & aliquando nos uidemus ali  
quos e contra natos: qui maiorem habēt naturalem appetitum  
ad minorem statum: & conditionem: q̃ ad maiorem: id est ad hu  
militatem q̃ ad superbiam: ideo relinquūt pecunias naturaliter  
& paruipendunt eas: & aliqui pro tēpore sic sunt dispositi: & po  
stea per maioritatem superiorum mouentur ad contrariū appe  
titum: & sic religiosi in conuentibus suis aliis præferuntur: & se  
multo nobilioribus: aliqui in tali prælatura longo tempore du  
rant cum contrarietate multa: alii concordantia: sed paruo tpe:



secundum q̄ maioritas cum duratione concordantia & con-  
trarietate conuenit in natiuitaribus suis : & officiorum : & di-  
gnitatum principiis propter hec etiam breuiter concludendo:  
quidam uolūt esse dominum suorum sed aliorum : ideo  
inuicem habent rancores iras : & odia guerras : & praelia : & sic  
ille qui maiorem perfectionem : & concordantiam finis habebit  
in inferioribus per superiores maioritates uincet : quoniam ma-  
ioritas superior diffusa : erit in illo per maiorem concordantiam :  
quam habebūt homines cum illo cum maioribus similitudi-  
nibus qualitatibus pprietatibus uirtutibus q̄ cum alio : & hec  
est ratio conuenientiae inter duos : & inter alios disconuenien-  
tiae uictoriae uel amissionis & priuationis officiorum. F.

Ex his certe mediis aequalitas concluditur : & minoritas.

Astro. Sic est sunt relatiua maioritas : & minoritas : & ubi  
est dare maius : & minus ibi est dare aequale : ideo est dare in  
caelo principium quod aequalitas naturalis dicitur : quae aequali-  
tates naturales causabit in inferioribus . ita q̄ aequalitas supe-  
rior erit causa aequalitatum inferiorum duobus modis scilicet  
per aequalitatem mensurarum : & aequalitatem proportiona-  
tarum aequalitatum : duo enim homines aequaliter sunt sub hu-  
mana specie : quia aequaliter partes corporis proportionatas  
habent : & tamen uni debetur plus de honore q̄ alteri : ut pu-  
ta militi : q̄ rustico : quare inaequaliter commensurabuntur in  
eadem specie : opera aequalitatem superiorem : aries enim & mars  
sunt aequales per speciem quia sunt ambo de a & habent hanc  
aequalitatem per aequales mensuras qualitatum . uerumtamen  
secundum aequalitatem proportioalem plus de a habet mars  
q̄ aries : quoniam mars habet a per potestatem suam : quam ha-  
bet in tota sua sphaera : & circulo : sed aries non habet a in toto suo  
articulo : sed in parte : ideo mars facit in inferioribus maiores  
aequales mensurasq̄ proportioabiliter cum a q̄ aries : quia fa-  
ciet proportioabiliter aequalitates suas maiores : & similiter  
facit cum mensura bonitatis & magnitudinis : & aliorum prin-  
cipiorum praeterea mars & aries aequalitatem proportionalem  
per a habent : quia maius existit a per calorem q̄ per siccitatem  
ergo illa aequalitas proportionalis sit uirtute & maiori a :



& per huiusmodi æqualitates proportionales superiores fiunt in inferioribus æqualitates proportionales: sol enim etiã gratia exempli maior est q̄ uenus: & ideo non potest facere æquales mensuras: æqualitas superior in illis de a. c. sed proportiõabiliter ipsas æquales mensuras facit ut in inferioribus sit temperata cõtrarietates per solem & uenerem: & idẽm facit de bonitate solis & malitia martis æqualitas superior: quia illa æqualitas non potest esse de æqualibet mensuris: sed proportiõabiliter secundum q̄ sol est maior stella q̄ mars: & ita licet aliqua signa & planetæ: & stellæ habent æquales: mensuras in masculinitate diurnitate & cæ. ut puta sol aries sol mars tamẽ non sunt æquales in uirtute: quoniam sol plus habet uirtutis in inferioribus: q̄ aries: uel mars: sed secundum eorum æqualitatem proportiõalem specierum qualitatum & uirtutum causant in inferioribus æqualitates specierum: & qualitatum.

F. Una species ab alia differt in perfectiõe: ergo nõ potest esse æqualitas specierum. Astro. Verum est secundũ mensuram: tamen proportiõabiliter una aliam æquare potest. sed animaduerte excellentiora multum quæ causat hæc æqualitas cæli: nam appetitus: & instinctus æquales producit & causat in inferioribus naturales similitudines iusticias: & consuetudines: quoniam iusticia est quædam æqualitas similitudo similiter & consuetudo similitudo enim numerorum parium uel disparium: consonantiæ æqualitas signorum numerorum: & computi ex superioribus æqualitatibus proueniunt: & ideo cũ æqualitas superior sit causa cõputi musicæ arismetricæ & geometriæ: & iuris ciuilibis: quod ius nihil aliud est q̄ æqualitas: astronomi melius possunt scire has scientias si recte et subtiliter scrutarentur: q̄ alii homines: et similiter medicinam ut notatum est supra pluries: æqualitas certe est subiectum numeri: et in medicinæ prout consideratur in simplicibus et mistis cõpositis æqualitas per quam postea uictoria complexionũ deducitur. Item per æqualitatem & maioritatẽ superiorem sunt quedam æqualitates: in inferioribus maiores q̄ aliæ: sicut æqualitas: duarum librarum maior est: q̄ æqualitas duarum onziarum: etiã in aliquibus est æqualitas ponderositatis: in quibus



nō est æqualitas magnitudinis: ut in libra ferri & in libra plum-  
bi: quoniam ferrum est maius per substantiam & fortitudinem  
q̄ plumbū: & sic de aliis. Ex his o fidelis mi cōcludo unico uer-  
bo minoritatem in celo esse principum: quoniam sine ea in celo  
non posset esse maioritas: ut supra probatum est: & quoniam ut  
dixi illa se habent relative ergo per illa quæ dicta sunt de maio-  
ritate potest haberi cognitio de minoritate: quæ est in celo causa  
minoritatum quæ sunt in inferioribus: sicut maioritas celi maio-  
ritatum: & sic deo dante applicauimus ad astronomiam princi-  
pia dicta in quibus totus mundus materialis continetur: ut pos-  
simus recte & uere compræhendere: q̄ sicut uere illa sunt in celo  
& in istis inferioribus: & ordine nature inferiora a superioribus  
gubernantur: ita celum stellæ signa: & planetæ omnia inferiora  
gubernent conseruent & regant nutu dei.

F. Astronome. secretiora ut opinor & quæ magis ardua eē ui-  
dentur ad rationem habendam de illis sunt tempus locus mo-  
dus: & instrumentum. hæc enim pro astronomis sunt necessaria  
quoniam dicitur in primo sententiarum & communiter a theo-  
logis ibi q̄ deus creauit quattuor simul & primo: naturam an-  
gelicam: celum empiricum: materiam primam: & tempus: ideo di-  
co q̄ ad naturalem ordinem rerum conueniebat primo materiã  
primam creare: & tempus: de materia prima non est tempus: ne-  
q̄ materia prima de tempore: sed tempus est de se ipso accidens  
de quo multiplicantur momenta: & ponuntur in successiōe cū  
motu: quæ descriptio eadem est cum dicta ab aristotele quarto  
phísicorum: tempus est mensura motus secundum prius: & po-  
sterius: cum ergo tempus: & motus idem in intentiōe sint: cum  
unum ingrediatur in diffinitionē alterius: sequitur ergo q̄ cum  
tempore creauit motum: & in principio quo creauit deus celum  
creauit celum mouens se ipsum per suam essentiam motiuam:  
quæ est sua anima ut dictum est supra: & dicitur infra: cum de  
anima celi dicitur: quia conuenientius dicendum est cum sapiē-  
tia: q̄ ille qui uiuit in æternū creauit omnia simul: quoniam ut  
probatum est ex motu celi fiunt generationes & corruptiones:  
omnes: & generatio tota ordinatur ad hominem: sicut in finem  
ultimum: finis ergo motiōis cæli ordinatur ad hominem sicut  
ad ultimum finem in genere generabilium & mobilium: hinc ē

*Secretiora astronomie*



q̄ dicit' deuteronomii quarto deus corpora celestia fecit in myste-  
riū cunctis gētibus: ideo nō est uerisimile q̄ postea p̄ interualla:  
postq̄ fecit cælū & mouēs & materiā primā: fecerit reliqua: sed  
uolēs Moses tollere errores gētū: ita creationē distinxit primo  
eorū qui credebāt mūdū æternū: & Saduceorū ponētū nullū  
sp̄ritū esse: & aliorū ponētū oēm substantiā esse corpoream: &  
Apolinaris & sequētū ponētū aīas ab aīalibus generari: sicut  
corpora a corpibus: & illorū qui ponunt aīas ab angelis creari:  
ideo Moyse ita cohordinauit: ut hoīes caperēt ordinē rerum &  
regulā uiuēdi a sup̄no oīum opifice cui dīes festus dedicaret' se-  
ptimus: in quo requieuit ab ope quod pararat: primo dixit crea-  
uit deus cælū & terrā: terra autē erat inanīs & uacua: & tenebre  
erāt sup̄ faciē abissi: ut ostēderet naturaliter sine luce & lumine  
& motu nihil p̄duci posse ideo fecit lucē & diuisit lucē a tene-  
bris: & factus est dīes & nox: & fecit firmamentū cælū & postea  
p̄duxit: cūcta secundū genus suū: ideo dixit Moyse uerba illo  
ordine ut sensitiuā: & uegetatiuā animā a naturalibus cāis p̄du-  
ci intelleremus: cū dixit p̄ducāt terrā herbam & cæ: & p̄ducāt  
aquæ reptile animæ uiuētis: ad hoīem uero ueniēs ostēdit aīam  
homīnis a deo creatam. ita & ostendit naturæ hominē & dei po-  
tentiam: postea posuit stellas in firmamento & solē & lunā: ut  
dīes & menses: & annos & tēpora distinguerent hoīs. Astr.

Si deus cū luce creata in primo die poterat æque bene omnia  
comple. F. Ita moyse distinxit ut ostēderet nobis deū eē  
collendum super oīnia: qui & lucem creauit ante stellas: & so-  
lem ut liberum arbitriū cum natura angelica ostenderet crea-  
tum ante omnia corporalia: & ideo diuisit lucem a tenebris ange-  
los sed bonos a malis ut patefaceret hominibus effectum boni  
liberi arbitrii: quia bonos glorificauit malos damnauit. Astr.

Ita ne sentis? recte enim doctrinam nostri raymūdi Iulii acce-  
pisti tempus est id in quo maxime cōfidunt astronomi: quoniā  
si tempus nō esset nec motus esset nec inferiora essent cōsequē-  
ter in motu a superioribus. sol enim planetæ & stellæ qui cum  
motu transeunt super orizontibus diuersis secundum diuersas  
regiones: & loca multiplicant momenta in successiōne posita se-  
cundum efg: ita q̄ de ipso tempore sunt momenta. & successio  
& de ipsis sunt hora: dīes septimanæ menses & anni & aliæ fra



ctiones secundum q̄ diuidere melius uisum est canonistis . ē er  
go tempus datum a deo: ut possit esse successio substantiarum  
motarum per loca crementa & decrementa & alterationes in in  
ferioribus: in quibus diuisum ē tempus in quattuor ptes: quod  
annus dicitur: quæ dicuntur uer æstas auctumnus: & hiems: &  
quælibet earum in septimanas: & dies diuiduntur: & per partes  
alias subtiles: ut dictum est quoniam tempus unam habet natu  
ram in uere aliam in æstate: & aliam in una die: & aliam in alia:  
& similiter in aliis temporibus anni mensis & dierum partibus  
habet diuersas naturas: secundum conditiones superiorum sub  
stantiarum & inferiorum. loca enim propter quæ est tēpus sunt  
substantie superiores: & inferiores: in quibus est modus tempo  
ris cum motu & successione ipsarum substantiarum: quoniam  
modus temporis superioris causat modum temporis inferioris  
licet ambo modi sint unus modus ad extra se generalis tempo  
ris a quo descendunt modi particulares uel species modorum  
particularium in indiuiduis inferioribus: tempus certe est cum  
motu qualitate: & aliis accidentibus: & substantiis sine quibus  
esse non potest: & in quibus sustentatur: & hec oia dicta sunt  
necessario ut possimus melius dare doctrinam de scientia astro  
rum uel astronomiæ: quæ in tempore maxime sustentatur qđ  
est mensura motus per quem astra plurimum influunt. P.

Dic mihi quid est locus quoniam multi mirantur in hoc: dicunt  
astronomi q̄ unus planeta in uno loco bonum & in alio malū  
significat dicentes ex hoc uanam scientiam cum non aduerten  
tes multa in inferioribus hec eadem agere: ut dictum cōtra Mar  
silium: pone hæc. Astro. Valde difficile est locum inuestiga  
re: & de naturis suis secretisq̄ rimari: ut sciamus cognoscere lo  
ca celi quæ sunt necessaria cognitu ab astronomis: ut per illa lo  
ca inferiora causata a superioribus habeantur. Aristoteles quar  
to phisicorum q̄ locus est ultima superficies corporis ambiētis  
locatum dicit: non diffiniendo quomodo partes locati sint in lo  
co maxime partes uirtuales: & substantiales quæ non continen  
tur imediate ab illa superficie ideo dicamus nos q̄ locus ē illud  
accidens cum quo una substantia aliam substantiam in se con  
tinet: & collocat: & una pars aliam partē: sicut ampulla uel uas  
quod cum loco continet uinum: ut ita exemplificem: & bonitas



uini quæ est pars eius quæ cum loco in se bonificat magnitudinem uini: & magnitudo uini quæ est alia pars uini cum loco in se magnificat magnitudinem uini: & ita de aliis rebus similibus istis non sunt in loco tanquam in ultima superficie corporis: sed sunt in loco in aliquo accidente: cum quo differt una pars ab alia: & una aliam continet: quoniam locus in quantum locus ita est de se ipso uel sui ipsius: sicut tempus & genus quod est de se ipso & non de alio: ut dictum est quod partes temporis sunt de tempore & tempus de se est & non de alio: uerumamen locus in quantum est accidens: & alterius uidelicet substantie in eo quod est instrumentum suum: quia locus est instrumentum cum quo una substantia aliam collocat: & una pars aliam partem in se continet: sicut calor est instrumentum cum quo ignis calefacit aquam: ideo celum primum mobile est in loco per aliquod accidens cum quo differt a caelo empíreo uel alio continente eum: & in celo sunt loca plurima per accidentia cum quibus una substantia differt ab alia: & collocat aliam: & similiter una pars aliam continet: quare locus est accidentium substantie: quæ accidentia non possunt sine loco haberi: sicut quantitas tempus motus figura qualitas & cetera accidentia pertinentia ad substantiam: quia ut dixi locus in quantum sua essentia & natura est de se ipso & non habet quantitate nec mensuram: sed solummodo est instrumentum cum quo quantitas secundum suas dimensiones. scilicet longitudinis latitudinis & profunditatis potest esse: & ita quantitas est instrumentum cum quo substantia potest esse in loco: ergo sine loco quantitas esse non potest: & sine quantitate substantia non potest esse in loco: qualitates uero loci sunt lineæ positæ in figuris locorum: ut puta in circulo quadrangulo: et triangulo: ita quod sicut tempus partem præsens: et futurum sunt figuræ temporis absolute designatæ per e f g. ita figuræ loci sunt circulus quadrangulus: et triangulus. traleunt. n. e f g. sicut figuræ temporis sicut principium medium et finis: sicut etiam ascensus status: et descensus: per loca celi cum motu et cum tempore et cum a b c d. et cum bonitate et magnitudine & aliis principis: & breuiter cum omnibus qualitatibus propriis et appropriatis caelo: et istis inferioribus: et secundum quod sic distant per loca celi causant transitum de uno loco in alium: et consequenter secundum quod per diuersas regiones: et climata corpora superiora sunt in illis locis celi et in diuersis: causant fortunam aut



infortunium corporibus inferioribus secundum conditiones eorum supra memoratas: & ideo hæc multi ignorantes reprehendunt astronomos dicentes iouē in tali loco causare fortunā in tali infortunā: asserentes illi ex diuersitate locorū non posse mutari naturam: ignorantes naturas proprias & appropriatas rerum & locorū credentes insuper alios non potuisse scire quæ ipsi cum sua rhetorica & organo animæ nequiuērunt attingere: uerum antiqui heroes ut dictū est supra: in scientia longa experientia inuenerunt diuersitates locorū cæli: secundū diuersas regiones & probauerunt recte: quod in cælo aries est in uno loco & taurus in alio et saturnus in uno & iuppiter in alio & sic de ceteris signis & planetis secundum rationes demonstratiuas: & quod in ariete est unus locus per saturnum alius per martē: & sic per signa & planetas discurrendo posuerunt terminos & facies: per signa inuenerunt unā constellationem in uno signo per saturnū: aliam per Iouem: & sic de aliis ita quod unus locus in ariete est per e alius per f. alius per g. & secundum diuersitates orizontū sic unus gradus uno tēpor e erit in uno loco per e alio tēpore per f alio per g. secundū quod cōtingit per motum cōtinuū cæli ab orizonte recto ad obliquū & econuerso: & hæc loca sunt quæ antiqui experimentatores notauere magno ingenio præditi in introductoriiis libris quæ sine ratione uidentur poni cum tamen intimā & euidentissimā in se rationem præferant: oīa tamē loca cæli cōprehendere uel cōputare illius est qui æternaliter intelligit & perfectissime oīa hæc inferiora in se & superiora cōprehendit: nostrum autē est secundū imbecilitatē nostrā intendere deo assimilari: cum illud oīa intendant tanquā ultimū finē: ideo quia bonum oīa appetunt: ipse uero simpliciter bonus: quāto igitur de intelligentia & sapientia & bonitate rerū participabimus tāto deo similiores erimus: sapientia uero maxima est superiora cognoscere & celestia: ergo per illorū cognitionē similiores deo erimus conemur ergo totis uiribus hæc cōprehendere: & plura eorū percipere sensu & ratione ex factorū cælorū meditatione possumus admirari & considerare diuinā sapientia: cum reluceat in artificio suo: quanto magis cælorū motus cognitione certa: & ex effectibus mirabilibus: qui sapientia suæ cōicationē quādā & similitudinis sparsam habet ideo mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis hæcque consideratio in admirationē ducit altissimæ dei uirtutis .oportet.n.



q̄ uirtus facientis eminentior omnibus rebus factis intelligat:  
& ideo dicitur sapientia. xiiii. si uirtutem: & operari caeli: & stella-  
rum & elementorum mundi mirati sunt philosophi: intelligunt quo-  
niam qui fecit hec fortior est illis. F. Video o astronome  
q̄ cognitio rerum naturalium creatarum est necessaria ad fidei  
instructionem: & quanto digniores & altiores sunt res illae tanto  
excellentiore modo fidei instructio habetur de deo: cum ergo  
cognitio superiorum naturarum omnem aliam cognitionem  
excedat naturalem: cum et dei inuisibilia per ea quae facta sunt  
intellecta conspiciantur maxime per superiora facta. ex hac. n. cogni-  
tione admirando dei timor procedit & reuerentia. Astro. O fi-  
delis concludis ergo q̄ astra in timorem: & reuerentiam dei ducit fi-  
deles: cum naturae superiorum corporum ab alia scientia non cognoscan-  
tur. F. Ad haec ego plene habeo q̄ cognoscere naturas rerum  
eo ordine quo creata sunt plurimum ualet ad destruendos errores  
qui circa deum sunt primo qui crediderunt sole & luna deos esse: cum  
nichil dignius uiderent: ignorantes naturam eorum de quibus dicit Sa-  
pientia. xiiii. sic crediderunt & attribuentes q̄ dei est aliis creaturis  
erant ex errore habito circa naturas rerum: ut sapientia dicit. xiiii. in-  
conicabile nomen lignis et lapidibus imposerunt: quasi dicat ignoran-  
tes rerum conditiones: & naturas illis imponunt quod non conuenit na-  
turae eorum: ideo simulacra deos fecerunt: cum ex natura rerum simula-  
cro nomen dei non competat: praeterea homo qui per fidem in deum ducitur  
sicut in ultimum finem: ex hoc q̄ ignorat causas rerum ignorat gradum  
sui ordinis in uniuerso: & per consequens se putat esse subiectum aliqui-  
bus quibus est superior: sicut qui credunt uoluntates hominum astris  
supponi. contra quos dicit hieremias. x. a signis caeli quae gentes ti-  
met nolite timere uos: quid dicitis: arguit ne hieremias contra astro-  
logiam. Astro. Si qua secta per ignorantiam rerum derogat digni-  
tati hominum: ut puta q̄ aliqua existimet angelos creatores animarum  
& alia animas hominum esse mortales: & sic errorem in se habeat: maledictam  
sua corrigat: si quis est hominum gradum suae animae in ordine uniuersi  
ignorat: & conditionem et naturas proprias animae humanae contra  
eum hieremiae dictum militat: non contra astronomiam scientem nobilitatem  
animae a deo creatae supra stellas cum libera uoluntate: ut dictum  
est saepe: sed ait hieremias propheta o uos qui deum colitis: et liberam  
uoluntatem conformem deo habetis iusti fideles nolite timere a signis



cæli: quia dñs uirtutē suā ostēdet: nec est in uirtute cōsuperatus  
uel diminutus: sed omnipotens est: ut signa cæli ad bonū uobis  
conuertet: gentilibus autem non sic ppter eorū transgressiōes ne  
q; ex hoc propheta excludit causas secundas a rebus cū quibus  
diuina prouidētia exequit̄ quibus usus fuit semper nisi re cogē  
te: uide processum istoriæ iudaice: neq; incurrit errorem dicētium  
nihil interesse ad fidei ueritatem quid de creaturis & naturis ea  
rum quisq; sentiret: dummodo circa deum recte sentiat: nam ut  
narrat Augustinus in libro de origine animæ error circa creatu  
ras & naturas earum redundat in falsam de deo scientiam: &  
hominum mentes a deo abducit in quem fides dirigere nititur:  
dum res creatas & naturas earum ut debet ordinat: & supponit:  
quibus sic errantibus scriptura comminatur dicens in psalmis  
quoniam non intellexerunt opera: domini & in opera manuum  
eius destrues illos: & non ædificabis eos: & sapientiæ secundo  
hæc cogitauerunt & errauerunt &cæ. F. Reuertamur un  
de digressi sumus Felix qui potuit rerum cognoscere causas ut  
uideo loca inferiorum sunt per superiora: & signa & planctæ ha  
bent loca in corporibus hominum & animalium herbarum &  
metallorum secundum conditiones suas proprias & appro  
priatas frequenter dictas. Astro. Sic est exemplificando  
communiter cerebrum hominis est locus triplicitatis aquæ &  
ueneris: & lunæ quia in complexione conueniunt: absolute ta  
men cerebrum unius minus humidum est cerebro alterius ali  
quando: ut puta cum aries & mars in natiuitate alicuius locū  
in cerebro habent: cum eorum a & aliis qualitatibus ipsam con  
ditionant & alterant taliter ut minus humidum existat & for  
tunatum uel infortunatum faciunt secundum particularia po  
sita in libris iudiciorum: & ita de aliis membris hominis secun  
dū enim q; cor neruī ossa facies pars anterior uel posterior uel  
media secundū qualitates suas breuiter supradictas dico habēt  
unam fortunam et conditionem cum uno signo uel planeta in  
una domo uel loco: et aliam cū alio et aliis. I. uisus est locus de  
a et b. ut ita dicam: quia est et efficitur per lucem ignis & aeris  
diafantatem magnam et auditus est locus de a quia substan  
tiæ calidæ et siccæ magnum: sonitum faciunt et contra frigidæ  
& humidæ: & odoratus est etiam de b. plures. n. fiunt odores in



uere & plus intensi q̄ in alio tempore: & affatus est de a sicut au-  
ditus: & ideo homines colerici habēt uerba magis intēsa: & acu-  
ta q̄ alii hoīes. Item gustus ē locus de a p̄ potum in æstate: quo-  
niam hoīes in æstate plus sentiunt de sapore p̄ potū q̄ in hieme:  
& econtra gustus in hieme est locus de b p̄ cibum: quādo in hie-  
me maiore saporem inueniunt in cibo q̄ in æstate: & tactus ē lo-  
cus de b quoniā cor fortius sentit q̄ aliud mēbrum: & imagina-  
tio est locus de d quoniam hoīes melancolici meliōrē hñt ima-  
ginationē: & ideo secūdu q̄ sensus habēt loca p̄ a b c d. ita sunt  
a b c d loca planetarum & signorū: p̄ membra manus hoīum &  
pedes sunt loca locorū cæli inquantū manus sunt loca cum quī-  
bus operat̄ homo: & pedes cū quibus uadit sunt loca operatio-  
nū superiorū uel inferiorū: & ideo secūdu q̄ homo natus ē ita  
formatus est uel informatus ad operandum: & ad ostendendū  
operationes & motus uel stationes suas secundum dispositōes  
& constellationes & motus stellarum in quibus natus est.

F. Audiui dicta tua de loco: dic mihi quid intelligis per mo-  
dum cū dicis q̄ corpora celestia habēt modū in operationibus  
suis naturalibus: cū quo influūt suas similitudines ad corpora  
inferiora: quæ secundum naturam eorum recipiunt similitudi-  
nes modorum superiorum. Astro. Nos conari debemus ul-  
tra loca cæli: cognoscere modum superiorem: ut habeamus infe-  
riores modos quibus effectus producuntur: ideo dico q̄ modus  
est ordo naturarum aut cōsuetudinū quæ ad unum finem se  
habent uel tendunt: ut gratia exempli aries & mars: qui eodem  
modo uel simili se habent secundum ordinem naturæ suæ ad ca-  
lesciendum & desiccandum: & taurus & saturnus ad desicādū  
& infrigidandum: & aries & Iuppiter modum habent multipli-  
candi calorem: sed aries habet modum destruēdi humiditatem  
Iouis: & Iuppiter econuerso siccitatem arietis: & ideo p̄pter hoc  
aries & Iuppiter per unum modum se habent ad concordantiā:  
& per aliū ad contrarietatem: & propter hoc iste ordo natura-  
rum & cæ. qui modus appellatur: est quodammodo mediū cum  
quo uel per quod superiora agunt conueniēter in inferioribus.

F. Superior iste modus de quo est? Astro. Recte post  
quid est sequit̄ de quo est: modus superior ut sæpius dixi supra  
in p̄cipiis est de naturis signorū & stellarū: & planetarum & de



eorum principijs uidelicet de bonitate et magnitudine et ceteris:  
& iste modus fit in eorum complexionibus & obuiationibus uel  
aspectibus:& a b c d. sunt eorum iustumenta: cum quibus supe-  
riora modum habent ad influendum suas similitudines ad infe-  
riora:& ut habeas quare fit modus superior est ut corpora infe-  
riora modum habeant naturalis modi & instinctus:& appetitus  
& sic de aliis dictis principijs: quonia absq; modo superiori qui  
est ordo naturarum ad unum finem corpora inferiora modum  
habere non possent ad generationem incrementum atq; motu  
& ad alias operationes naturales: quæ sunt in istis inferioribus  
secundum ordinem naturarum:& consuetudinem in illis: ignis  
enim ut ita dicam uel sol sine æstate modum habere non possit  
ad multiplicandum calorem & ad maturandum fructus: neq;  
aqua crescere possent si luna non cresceret:& breuiter audi o fi-  
delis ut aperiam tibi regulas modorum celestium ignorantium  
a repræhendentibus astronomiæ documenta: quantitates & nu-  
meri modorum superiorum causant quantitates & numeros mo-  
dorum inferioru: ut uerbi gratia aries & taurus: & gemini: quæ  
signa habent modum causandi uer cum a b d:& cancer leo uir-  
go habent modum causandi æstatem cum a c d e f g:& sic de ce-  
teris suo modo ut supra dictum est:& ideo secundum q; in infe-  
rioribus modi temporum multiplicantur: homines modos cõ-  
suetudinum suarum multiplicant uidelicet in uiuendo comedē-  
do & habitando &cæ. insuper planetæ signa modos habent se-  
cundum suas qualitates proprias & appropriatas: quonia aries  
cum siccitate habet modum concordantiæ cum siccitate cū sa-  
turno:& habet modum essendi cõtra saturnum cum calore: &  
ideo in inferioribus ignis est contra terram cum calore: & terra  
contra ignem cum frigiditate:& habent modum huius contra-  
rietatis per influentiam & excitationem modi contrarietatis su-  
perioris:& ignis & terra concordantiam habent per concordan-  
tiam arietis & saturni qui cõcordantur in siccitate: simili modo  
ignis & aqua concordantiam habent per medium: uidelicet quia  
ignis & aer concordantiam habent & aer & aqua:& aqua & ter-  
ra:& terra: & ignis:& idem de omnibus qui habent modum  
concordantiæ & contrarietatis per qualitates quas habent: &  
per influentiam quam recipiunt a superioribus modus est etiã



in tempore quoniam unum tempus requiritur ad loquendum aliud ad tacendum: ut puta nunc in quo digito compesce label lum accusator erit: aliud ad emendum: aliud ad uendendum & cæ. & astronomi dicunt quod isti modi naturaliter sunt per modos constellationum corporum superiorum celestium: quoniam secundum constellationem & modum eius in qua homo natus est: habet modum loquendi & tacendi: & habet modum eundi aut stadi & comedendi quedam cibaria & non alia: & sic de aliis: secundum enim quod modus est in locis superioribus: est et modus in inferioribus: sicut uere est modus qui suum calorem suam humiditatem & suum odorem expandit ut frigiditatem: & siccitatem consumat: & hæc est ratio quare in medio ueris positus taurus frigidus: & siccus: & in æstate leo in medio ut caliditas temperet a frigido cancri & uirginis & humiditas cancri a siccitate uirginis maturetur: & caliditas leonis augeatur & foueatur: in autumno uero e contra ueris rationem ponitur ratio similiter & in hieme considerare: ideo dicunt astronomi quod homo sciendi debet arborum uel amputare: & balnea faciat & medicinas recipiat: & præminutiones faciat ut de corpore exeat corruptio frigiditatis & siccitatis per abundantiam caloris & humiditatis introductæ: & modus superioris instinctus & appetitus naturalis mouet instinctum & appetitum medicorum: & astronomorum ad considerandum hæc antedicta ad utilitatem omnium uiuentium: ideo ex modis superioribus moti fuerunt homines ad hec cognoscenda finaliter: ut cognoscas o fidelis cum quo est modus celestis postquam dictum est quid est de quo quare quantus quando: & ubi audi exemplum faber modum habet ad extendendum ferrum qui cum igne querit consumere uel minuire frigiditatem ferri: ut ferrum quod frigiditate sua durum est: & siccitate molle efficiatur cum calore ignis in fornace: & ideo faber cum igne in fornace & martello modum habet extendendi ferrum & de ferro clauum facere: & quia ferrum extensioni aptum manutene non potest: neque ipsum cum pugno extendere absque martello: modus instinctus naturalis superioris fecit ipsum considerare tenaces & martellum primo: & appetitus superior ipsum considerare fecit: & habere instinctum quod de ferro clauos: sic faceret: ut finis superior suam similitudinem influeret in finibus inferioribus: & ideo astronomi dicunt et quod instrumenta



superiora sunt causæ inuentionum instrumentorum inferiorum. cum quibus mechanici faciunt suas operationes. F. De ista instrumentalitate quid sentis? Astr. De hoc supra aliquid tetigi: sed instrumentum est illud cum quo agens agit uel habet actionem ad agendum & patiens ab eo passionem recipit: sicut martellus cum quo faber actionem habet in ferrum & cum igne fornacis disponit quod ferrum molle fiat: & homo cum gustu & lingua saporem sentit: & intellectus est instrumentum cum quo homo intelligit: & sic de aliis: ideo dicunt astronomi quod instrumenta superiora sunt actus: & operationes signorum & planetarum: & quod a b c d. sunt eorum instrumenta cum quibus agunt in inferioribus: & de quo. sunt: calor enim est instrumentum ignis: & calcescere est instrumentum caloris: sicut manus fabri est instrumentum operandi: & martellus est instrumentum manus: & clauis: & ideo dicunt astronomi quod instrumenta superiora sunt duplicia: & causant duplices instrumentalitates in inferioribus: secundum instinctum & appetitum naturalem instrumenta superiora sunt instrumenta naturalia: & ut per naturalia inueniantur instrumenta accidentaliter ad uiuendum necessaria: sicut homo qui oculos habet ut uideat: & dentes ut comedat: & sic de aliis instrumentis naturalibus: sicut arbor habet folia ut flores possit conseruare & fructus: & sic auis habet alas ut uolare possit: & faber habet martellum ut ferrum extendere possit: & sic de aliis instrumentis: quæ sunt hominibus: & nature necessaria: & omnia sunt propter finem hominis. Item instrumenta superiora sunt ut instrumenta inferiora sint applicata & inducta ad finem uitæ hominis: & aliorum animalium planetarum & aliorum entium naturalium instrumenta superiora sunt plura: & eorum quantitas est ita magna sicut requiritur ad causandam multitudinem numeri & quantitatis realis substantiarum inferiorum: sicut sol qui habet ita magnum instrumentum sicut est necessarium ad faciendum diem: & sicut aries taurus gemini ita magna habent instrumenta: sicut est eis necesse ad faciendum uer: & sic de aliis. infra superiora cum suis propriis qualitatibus causant proprias qualitates inferiores: sicut aries qui cum sua bonitate causat bonitatem ignis: & cum sua magnitudine causat in ipso magnitudinem: & cum natura caloris causat multiplicationem caloris in igne: & sic cetera signa in aliis elementis



ut elementum habeant suam complexionem: & sic qui in sua constellatione nascuntur & cæ. tempus est instrumentum corporum superiorum: cum quo causant tempus in inferioribus: sicut leo & mars causant tempus æstiuale: & sic de aliis: & loca superiora & modi superiores sunt instrumenta: cum quibus sunt loca inferiora: & modi inferiores: & sicut loca constellationum sunt instrumenta: cum quibus astronomi iudicia faciunt: sic et modi superiores sunt instrumenta ad cognoscendum iudicia officialium bonorum: & malorum & officiorum quæ sunt in inferioribus nutu dei: qui uiuit in æternum & cum istis possunt inuestigari secreta naturæ.

Impressum Mediolani per Leonardum de Vegiis Anno domini. M. CCCC. VII. die. xxyiii. Mensis Maii.

Apud Alexandrum Minutianum.